

ΖΑΦΕΙΡΙΟΥ Ν. ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ

# Κ' ΚΕΡΩΝΟΣ ΛΟΓΟΙ

Ο ΤΡΙΤΟΣ ΚΑΤΑ ΚΑΤΙΛΙΝΑ  
ΚΑΙ Ο ΥΠΕΡ ΑΡΧΙΟΥ ΤΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ

# ΟΒΙΔΙΟΥ ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ

(Ε Κ Λ Ο Γ Α Ι)



ΟΡΓΑΝΙΣΜΟΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ ΣΧΟΛΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ  
Ε Ν Α Θ Η Ν Α Ι Σ 1962







# ΚΙΚΕΡΩΝΟΣ ΛΟΓΟΙ

ΕΘΝΙΚΟΣ ΛΑΖΑΡΙΔΗΣ  
ΕΠΙΧΕΙΡΗΣΗΣ  
ΕΛΛΑΣ ΕΛΛΑΣ

ΖΑΦΕΙΡΙΟΥ Ν. ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ

# ΚΙΚΕΡΩΝΟΣ ΛΟΓΟΙ

Ο ΤΡΙΤΟΣ ΚΑΤΑ ΚΑΤΙΛΙΝΑ ΚΑΙ ΥΠΕΡ  
ΑΡΧΙΟΥ ΤΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ

ΤΑΞΙΣ Ε'



Σπύρος Ι. Παπασπύρου  
Ζωγράφος  
Καθηγητής Εφαρμογών ΤΕΙ/ΗΠ.

ΟΡΓΑΝΙΣΜΟΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ ΣΧΟΛΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ  
EN ΑΘΗΝΑΙΣ 1962

18931

Ψηφιοποιήθηκε από το Ινστιτούτο Εκπαιδευτικής Πολιτικής

Επίκεια  
επίκεια  
επίκεια



# ΕΙΣΑΓΩΓΗ

## 1. Βίος τοῦ Κικέρωνος

‘Ο Μάρκος Τύλλιος Κικέρων (M. Tullius Cicero) ἐγεννήθη τὴν 3ην Ἰανουαρίου τοῦ ἔτους 106 π.Χ. πλησίον τῆς μικρᾶς πόλεως τοῦ Λατίου Αργίπυντος. Κατήγετο ἐκ γονέων εὐπόρων, ἀνηκόντων εἰς τὴν τάξιν τῶν ἵπεων (ordo equester), οἱ δόποιοι κατέβαλον πᾶσαν φροντίδα, ἵνα τύχῃ ἀνατροφῆς καὶ ἐκπαιδεύσεως ἀρίστης. Προγόνους ἐπιφανεῖς (nobiles) δὲν εἶχεν, ὥστε δὲν ηύτυχησε νὰ κληρονομήσῃ παρ’ αὐτῶν εὐγένειαν. Ἐπειδὴ ὅμως εἶχε προικισθῆ ύπὸ τῆς φύσεως διὰ σπανίας εὐφυΐας, ἔνεκα τῆς δόποίας ἔθαυμάζετο καὶ ἔξετιμάτο ύπὸ τῶν συμμαθητῶν του, κατώρθωσε διὰ τῆς ἐπιμελείας καὶ φιλοτιμίας, ἥτις ἐχαρακτήριζεν αὐτόν, νὰ ἀνέλθῃ εἰς τὰ ἀνώτατα τῆς πολιτείας ἀξιώματα καὶ νὰ γίνη ποντικός homo, ὡς ἐλέγετο ύπὸ τῶν Ρωμαίων πᾶς, ὅστις ἀνεδεικνύετο διὰ τῆς ἴδιας αὐτοῦ ἀρετῆς.

Νεώτατος ὁ Κικέρων μετέβη εἰς Ρώμην, ὅπου ἐδιδάχθη ύπὸ διακεκριμένων διδασκάλων ῥήτορικήν, φιλοσοφίαν καὶ ποίησιν. Ἀλλὰ τὸν πνευματικὸν δρίζοντα τῆς Ρώμης ἔθεωρησε στενὸν ἡ φιλομάθειά του καὶ παρεκίνησεν αὐτὸν νὰ ἀναζητήσῃ εὐρυτέρους πνευματικοὺς δρίζοντας. Πρὸς τοῦτο ἀπεδήμησε τὸ 79 π.Χ. εἰς τὴν Ἀνατολὴν καὶ συνεπλήρωσε τὰς σπουδάς του διὰ τῶν ἀρίστων διδαγμάτων τοῦ ἀναζῶντος Ἑλληνικοῦ πνεύματος εἰς τὰς ἀκμαζούσας τότε ῥήτορικὰς καὶ φιλοσοφικὰς σχολὰς τῶν Ἀθηνῶν, τῆς M. Ασίας καὶ τῆς Ρόδου.

Μετὰ διετεῖς σπουδὰς ἐν Ἐλλάδι ἐπανῆλθεν εἰς Ρώμην τὸ 77 π.Χ., ὅπου ἐνυμφεύθη τὴν Τερεντίαν, ἐξ ἣς ἀπέκτησε δύο τέκνα, τὸν Μάρκον καὶ τὴν Τυλλίαν.

Τὸ ῥήτορικὸν στάδιον καὶ ἡ ἐν γένει δρᾶσις τοῦ Κικέρωνος ἀρχεται κυρίως ἐπὶ τοῦ Σύλλα, τοῦ δόποίου τὴν ἐπικίνδυνον παντοδυναμίαν μόνος αὐτὸς ἐκ τῶν ῥητόρων δὲν ἐφοβήθη.

Ταχύτατα ἀπέκτησε φήμην ὑπερόχου δικανικοῦ ῥήτορος, διότι διὰ τῆς ἀπαραμίλου ῥήτορικῆς ἱκανότητός του ἐπετύγχανε τὴν ἀθφωσιν

τῶν περισσοτέρων κατηγορουμένων πελατῶν του. Διὰ τοῦτο οἱ συμπολῖται του τὸν ἡγάπησαν καὶ τὸν ἐξετίμησαν καὶ ἐκθύμως ὑπεστήριζον αὐτὸν διὰ τῆς ψῆφου των κατὰ τοὺς ἐκλογικοὺς ἀγῶνας τοῦ πολιτικοῦ του σταδίου.

Εἰς τὰ πολιτικὰ ἀξιώματα ἀνῆλθε βαθυμηδόν, ἐκλεγόμενος μὲν μεγάλην πάντοτε πλειονοψήφιαν. Τὸ 75 π.Χ. ἐξέλεγη ταμίας (quaestor), τὸ 69 π.Χ. ἀνώτερος ἀγορανόμος (aedīlis curūlis), τὸ 66 π.Χ. στρατηγὸς (praetor) καὶ τὸ 63 π.Χ. ὑπατος (consul). Ἀπὸ τοῦ χρόνου τούτου ἀπέκτησε πολλοὺς ἐχθροὺς διὰ τὴν ἀνακάλυψιν τῆς συνωμοσίας τοῦ Κατιλίνα. Μετὰ πολλὰς δὲ περιπετείας καὶ ἐν τῷ πολιτικῷ καὶ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ του βίῳ εὗρε τέλος οἰκτρόν, φονευθεὶς τὸ 43 π.Χ. εἰς ἥλικίαν 64 ἐτῶν ὑπὸ ἀνθρώπων τοῦ Μάρκου Αντωνίου, ὅστις ἦτο ἀσπόνδος ἐχθρός του, διότι ὁ Κικέρων εἶχε γράψει ἐναντίον αὐτοῦ 14 λόγους, τοὺς καλουμένους Φιλιππικούς.

## 2. Ἐργα τοῦ Κικέρωνος.

Ἐργα τοῦ Κικέρωνος εἶναι: α) ῥητορικοὶ λόγοι (oratiōnes), β) αἱ συγγραφαὶ περὶ ῥητορικῆς (opera rhetorica), γ) αἱ φιλοσοφικαὶ συγγραφαὶ (scripta ἢ opēra philosophica) αἱ δ) αἱ ἐπιστολαὶ (epistulae). Τὰ συγγράμματα ταῦτα ἀπὸ ἀπόψεως περιεχομένου καὶ μορφῆς εἶναι τὰ ὄνομαστότερα δημιουργήματα τοῦ ῥωμαϊκοῦ πνεύματος ἐν τῷ πεζῷ λόγῳ. Τὸ συγγραφικὸν ἔργον τοῦ Κικέρωνος, ἵδια δὲ οἱ ῥητορικοὶ του λόγοι, ἐμελετᾶτο ὑπὸ τῶν μεταγενεστέρων καὶ κατὰ τὸν μεσαίωνα καὶ κατὰ τοὺς νεωτέρους χρόνους, ἥσκησε δὲ μεγάλην ἐπίδρασιν ἐπὶ τῆς παιδείας ἐν γένει τῶν νεωτέρων ἔθνῶν. Ὡς ῥήτωρ ὁ Κικέρων ἐθεωρήθη ἐφάμιλλος τοῦ Δημοσθένους, πρὸς τὸν ὄποιον παραλληλίζει αὐτὸν ὁ Πλούταρχος.

## 3. Εἰσαγωγαὶ

α) Εἰς τοὺς τέσσαρας κατὰ Κατιλίνα λόγους.

Οἱ ἐμφύλιοι σπαραγμοὶ καὶ ἡ τρομοκρατία τοῦ Σύλλα, ἡ ἀνισότης μεταξὺ τῶν πολιτικῶν τάξεων καὶ ἡ ἐξ αὐτῆς δυσφορία, ἡ νέκρωσις τοῦ ἐμπορίου καὶ τῆς βιομηχανίας, ἀποτέλεσμα τῶν ἐμφυλίων ἐρίδων, αἱ συνεχεῖς πολεμικαὶ ἐπιχειρήσεις τῶν ῥωμαϊκῶν λεγεώνων ἀνὰ τὰς

ἀπωτάτας χώρας τῆς Ἀνατολῆς, ἡ γενικῶς νοσηρὰ καὶ ἀξιοθρήνητος κατάστασις τοῦ πολιτειακοῦ καθεστῶτος ἐν Ῥώμῃ καὶ ἡ διαφθορὰ καὶ ἔκλυσις τῶν ἡθῶν ἐδημιούργησαν γόνυμον ἔδαφος εἰς τὸν ἔξ οὐσίου πατρικίας οἰκογενείας διαβόγητον ἀσωτὸν Λεύκιον Σέργιον Κατιλίναν, ἵνα μετ' ἄλλων ὄμοφρονούντων, οἱ ὅποιοι ἀνέμενον ὁφέλη ἐκ τῆς ἀνατροπῆς τῆς πολιτείας, συνομόδησαν τὸν ὄλεθρον τῆς πολιτείας κατὰ τὰς γνωστὰς ἐκ τῆς ἴστορίας εἰδήσεις.

"Ὕπατοι κατὰ τὸ ἔτος ἑκεῖνο, 63 π.Χ., ἦσαν ὁ Μ. Τύλλιος Κικέρων καὶ ὁ Γάϊος Ἀντώνιος. Ἡ ἔγκαιρος δὲ καταγγελία τῶν σχεδίων τῶν συνωμοτῶν εἰς τὸν γενναῖον ὕπατον Κικέρωνα εἶχεν ὡς ἀποτέλεσμα τὴν ταχεῖαν ἀποκάλυψιν τῆς συνωμοσίας καὶ τὴν ματαίωσιν τῶν καταχθονίων σκοπῶν τῆς. Διὰ τῶν δραστηρίων δηλ. μέτρων, τὰ ὅποια ἔλαβεν ὁ Κικέρων πρὸς ἀποτροπὴν τῶν σχεδίων τῶν συνωμοτῶν, κατώρθωσε καὶ αὐτὸνς νὰ ἔξοντάσῃ καὶ τὴν πατρίδα του νὰ σώσῃ ἀπὸ βεβαίου ὀλέθρου, δύνομασθείς διὰ τοῦτο Pater Patriae.

Εἰς τὴν συνωμοσίαν ταύτην ἀναφέρονται τέσσαρες λόγοι τοῦ Κικέρωνος ( M. T. Ciceronis Oratiōnes in Catilinam ).

Τὸν πρῶτον κατὰ Κατιλίνα λόγον ἔξεφώνησεν ὁ Κικέρων παρόντος καὶ τοῦ Κατιλίνα ἐν τῇ συγκλήτῳ, ἡ ὅποια εἶχε συνέλθει πρὸς τοῦτο τὴν 8ην Νοεμβρίου ἐν τῷ ναῷ τοῦ Στησίου Διός. Διὰ τοῦ λόγου τούτου ἐσκόπει ὁ Κικέρων νὰ παρορμήσῃ τὴν διστάζουσαν σύγκλητον πρὸς ληψιν δραστηριωτέρων μέτρων κατὰ τῶν συνωμοτῶν, οἵτινες βλέποντες τὴν ἀδράνειαν τῆς πολιτείας ἀπεθρασύνοντο.

'Ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ, τὸν ὅποιον ἔξεφώνησε πρὸς τὸν Δῆμον τὴν ἐπομένην ἡμέραν, τοῦ Κατιλίνα εύρισκομένου εἰς τὸ στρατόπεδον τοῦ συνωμότου Μανλίου, προσεπάθησεν ὁ Κικέρων νὰ διασαφήσῃ τὴν θέσιν τῶν πραγμάτων, ἵνα ἀφ' ἐνὸς μὲν καθησυχάσῃ τὰ πνεύματα τῶν συμπολιτῶν του, ἀφ' ἐτέρου δὲ πτοήσῃ τοὺς ἀπομείναντας ἐν Ῥώμῃ συνωμότας, ὥστε νὰ μὴ προβοῦν εἰς οὐδεμίαν ἐνέργειαν.

'Ἡ ἀνακοίνωσις τῆς ἀνακαλύψεως τῆς συνωμοσίας καὶ τῆς συλλήψεως τῶν συνωμοτῶν ἔγινε τὴν 3ην Δεκεμβρίου ἐν τῇ συγκλήτῳ, τὴν ὅποιαν συνεκάλεσε πρὸς τοῦτο ὁ Κικέρων εἰς τὸν ναὸν τῆς Ὁμονοίας. Κατὰ τὴν ἐσπέραν δὲ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἀνήγγειλεν ὁ Κικέρων εἰς τὸ ἀδημονοῦν πλῆθος τὸ ἀποτέλεσμα τῆς συνεδριάσεως τῆς συγκλήτου διὰ τοῦ τρίτου κατὰ Κατιλίνα λόγου του, τὸν ὅποιον θὰ ἐρμηνεύσωμεν. Διὰ τοῦ τετάρτου λόγου, τὸν ὅποιον ἀπήγγειλεν ὁ Κικέρων εἰς τὴν

σύγκλητον τὴν 5ην Δεκεμβρίου, ὅτε ἐγένετο συζήτησις περὶ τῆς ἐπιβλητέας ποινῆς εἰς τοὺς συνωμότας, συμφωνεῖ ἀπολύτως πρὸς τὴν γνώμην τοῦ Δεκίμου Ἰουνίου Σιλανοῦ. Οὗτος εἶχε προτείνει νὰ τιμωρηθοῦν οἱ συνωμόται διὰ θανάτου, ὥπερ καὶ ἐγένετο, ἀποκρούων τὴν ἐπιεικεστέραν πρότασιν τοῦ Γ. Ἰουλίου Καίσαρος, ὅστις εἶχεν εἰσηγήθη νὰ παραδοθοῦν εἰς ἄγρυπνον ἐπιτήρησιν καὶ νὰ ἀπομονωθοῦν ὅντας πόλεις τῆς Ἰταλίας, δημευομένης ἄμα καὶ τῆς περιουσίας αὐτῶν.

### β) Εἰς τὸν ὑπὲρ τοῦ Ἀρχίου τοῦ ποιητοῦ λόγον.

‘Ο Ἀρχίας, “Ἐλλην τὴν καταγωγήν, ἐγεννήθη κατὰ τὸ ἔτος 120 π.Χ. εἰς τὴν πρωτεύουσαν τῆς Συρίας Ἀντιόχειαν ἐξ εὐγενοῦς οἰκογενείας. Ἡ μεγάλη αὐτὴ πρωτεύουσα τῆς Ἀνατολῆς ἐξηκολούθει νὰ διατηρῇ ἀκμαίαν τὴν παραδόσιν τοῦ ἑλληνικοῦ πολιτισμοῦ καὶ ἡτο περίφημον κέντρον τῶν γραμμάτων, τῶν τεχνῶν, βίου πολυτελοῦς καὶ ἀνέτου. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀρχίας εἶχεν ὅλα τὰ μέσα νὰ μορφωθῇ ἐπαρκῶς καὶ νὰ ἐκδηλώσῃ τὴν ποιητικήν του ἰδιοφυΐαν, διὰ τῆς ὁποίας ἐπεσκίασεν ὅλους τοὺς συγχρόνους του ποιητὰς καὶ ἀπέσπασεν ἐνωρίτατα τὴν ἐκτίμησιν ὅλων τῶν συγχρόνων του.

‘Αλλ’ ἡ Ἀντιόχεια δὲν ἦτο ὁ κατάλληλος τόπος, ὁ ὄποιος ἤδυνατο νὰ ἔξασφαλίσῃ εἰς τὸν ποιητὴν εἰρήνην καὶ διαρκῆ ἀσφάλειαν. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀρχίας ἐγκατέλειψε τὴν Συρίαν καὶ περιηγήθη διαδοχικῶς τὴν Μ. Ἀσίαν, τὴν Ἐλλάδα καὶ κατόπιν τὴν Μεγάλην Ἐλλάδα. Παντοῦ ἔθαυμασθη τὸ ποιητικόν του τάλαντον. ‘Ο Τάρας, τὸ Ρήγιον, ἡ Νεάπολις ἐπεδαψίλευσαν εἰς αὐτὸν ἀφθόνους τιμάς καὶ στεφάνους καὶ τὸν ἐνέγραψαν τιμῆς ἔνεκα εἰς τὸν κατάλογον τῶν πολιτῶν. Τέλος διηγήθη εἰς τὴν τότε πρωτεύουσαν τοῦ κόσμου, τὴν Ρώμην, ὅπου ἔφθασε τὸ ἔτος 102 π.Χ. ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ Μαρίου καὶ Κάτλου.

‘Ο Ἀρχίας ἐφιλοξενήθη ἐν Ρώμῃ παρὰ τῇ μεγάλῃ οἰκογενείᾳ τῶν Λουκούλλων. Οἱ Λουκουλλοί, θαυμασταὶ τοῦ ἑλληνικοῦ πνεύματος καὶ γνῶσται τῆς Ἐλληνικῆς, περιέβαλον μὲν ἔξαιρετικὴν ἐκτίμησιν τὸν ποιητὴν, τὸν ἐκράτησαν εἰς τὸν οἰκόν των καὶ τοῦ παρέσχον τὴν ὑψηλὴν των προστασίαν. ‘Ο Ἀρχίας δὲν ἀπεμακρύνθη ἔκτοτε ἐκ τῆς Ρώμης, εἰ μὴ ὁσάκις ἡκολούθησε τοὺς προστάτας του, καὶ ἴδιως τὸν Μᾶρκον Λουκουλλον, μετὰ τοῦ ὄποιου ὁ ποιητὴς εἶχεν ἰδιαίτερον σύνδεσμον, εἰς τὰς ἐκστρατείας των καὶ ἄλλα ταξίδια.

Καθώς μανθάνομεν ἐκ τοῦ λόγου τούτου ὑπὲρ τοῦ ποιητοῦ, ὁ Ἐρχίας ὕμνησε τὸν πόλεμον τοῦ Μαρίου κατὰ τῶν Κίμβρων καὶ τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον, τὸν ὅποιον διεξήγαγεν εἰς τῶν προστατῶν του, ὁ Λεύκιος Λούκουλλος. Τέλος δὲ ἥρχισε νὰ γράφῃ ποίημα ἀναφερόμενον εἰς τὴν ὑπατείαν τοῦ Κικέρωνος. Ἀλλὰ τὸ ἔργον τοῦτο δὲν ἐτελείωσεν ὁ ποιητής. Ἐκ τῶν ποιημάτων τούτων τοῦ Ἐρχίου δὲν σφύζεται οὕτε εἰς στίχος. Υπὸ τὸ δνομά του φέρονται μόνον 35 ἐπιγράμματα, ἀλλὰ καὶ ἡ γνησιότης των ἀμφισβητεῖται καὶ ἡ ποιητικὴ ἀξία των εἶναι μετριωτάτη.

Κατὰ τὸ ἔτος 66 π.Χ. ἐψήφισθη ἐν 'Ρώμῃ νόμος ὑπὸ τοῦ δῆμαρχου Γατίου Παπίου (*Ilex Papia de civitate Romana*), διὰ τοῦ ὅποίου ἀπηγορεύετο εἰς τοὺς ξένους (*peregrinos*) νὰ διαμένουν ἐν 'Ρώμῃ. Ὁφειλε λοιπὸν καὶ ὁ Ἐρχίας νὰ ἐγκαταλείψῃ τὴν 'Ρώμην, ἢν ἀπεδεκνύετο, ὅτι δὲν ἦτο ῥωμαῖος πολίτης. Τὸ 62 π.Χ. κατηγορήθη ὑπὸ τινος Γραττίου (*Grattius*), ὅτι δὲν εἶχεν ἀποκτήσει νομίμως τὰ πολιτικὰ δικαιώματα τοῦ ῥωμαίου πολίτου.

Ἡ κατηγορία ἐστηρίζετο κυρίως ἐπὶ τοῦ γεγονότος, ὅτι ὁ Ἐρχίας ἀπὸ τοῦ 89 π.Χ. μέχρι τοῦ 62 δὲν εἶχε παρουσιασθῆ ἐνώπιον τῶν τιμητῶν (*censores*), διὰ νὰ ἀπογραφῇ, οὕτε εἰς φυλὴν (*tribus*) εἶχε καταλεχθῆ, οὕτε εἰς λόχον (*centuriae*), οὕτε εἶχεν ἀσκήσει ποτὲ τὸ ὕψιστον δικαιώματα τοῦ ῥωμαίου πολίτου, τὸ δικαίωμα τῆς ψήφου.

Πράγματι ὁ Ἐρχίας δὲν εἶχε προσέλθει εἰς τοὺς τιμητὰς κατὰ τὰ ἔτη 86 καὶ 70, ὅτε εἶχε γίνει ἡ τίμησις (*census*) τῶν πολιτῶν, καὶ τοῦτο, διότι ἔτυχε νὰ μὴ εὑρίσκεται ἐν 'Ρώμῃ, ἀλλὰ ἐν Ἀσίᾳ μετὰ τοῦ Λουκούλλου.

Τὸν κατηγορούμενον ποιητὴν ἀνέλαβες νὰ ὑπερασπίσῃ ὁ Κικέρων ἐξ εὐγνωμοσύνης πρὸς αὐτόν, ὃς δύμοιογεῖ ὁ Ἰδιος, ἀλλὰ καὶ διότι ἥθελε νὰ περιποιηθῇ καὶ νὰ φανῇ εὐάρεστος πρὸς τοὺς ἐπιφανεῖς φίλους καὶ προστάτας τοῦ ποιητοῦ, τοὺς Λουκούλλους.

Δὲν εἶναι ἐπισήμως μεμαρτυρημένον, ὃν ὁ Ἐρχίας ἥθωράθη· ἐκ τοῦ γεγονότος ὅμως, ὅτι οὗτος παρέμεινεν ἐν 'Ρώμῃ καὶ μετὰ τὴν δίκην, συνάγεται, ὅτι ὁ Κικέρων διὰ τῆς σθεναρᾶς καὶ γλαφυρᾶς συνηγορίας του ἐπέτυχε τὴν ἀθέψωσίν του.

ανάποδα προσέβαλε την αρχή της ιδεονομίας. Ταυτόχρονα  
από την αρχή της ιδεονομίας η οικονομία της Ελλάς έπειτα  
από την αρχή της ιδεονομίας έγινε μεταβολική. Η οικονομία  
της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που ξεκίνησε με  
την επανάσταση της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς  
έγινε μεταβολική στην περιόδο που ξεκίνησε με την επανάσταση  
της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που  
ξεκίνησε με την επανάσταση της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που  
ξεκίνησε με την επανάσταση της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που  
ξεκίνησε με την επανάσταση της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που  
ξεκίνησε με την επανάσταση της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που  
ξεκίνησε με την επανάσταση της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που  
ξεκίνησε με την επανάσταση της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που  
ξεκίνησε με την επανάσταση της Ελλάς το 1821. Η οικονομία της Ελλάς έγινε μεταβολική στην περιόδο που  
ξεκίνησε με την επανάσταση της Ελλάς το 1821.

ΜΕΡΟΣ Α'

K E I M E N O N

ORATIO IN CATILINAM TERTIA

Quam in contione quo die Allobroges indicarunt habuit.

Rem publicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona,  
fortunas, coniuges liberosque vestros atque hoc domicilium clari-  
ssimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem, ho-  
dierno die deorum immortalium summo erga vos amore, labo-  
ribus, consiliis, periculis meis e flamma atque ferro ac paene  
ex faucibus fati erectam et vobis conservatam ac restitutam  
videtis. Et si non minus nobis iucundi atque illustres sunt ii dies,  
quibus conservamur, quam illi, quibus nascimur, quod salutis  
certa laetitia est, nascedi incerta condicio, et quod sine sensu  
nascimur, cum voluptate servamur, profecto, quoniam illum, qui  
hanc urbem condidit, ad deos immortales benevolentia famaque  
sustulimus, esse apud vos posterosque vestros in honore debebit  
is, qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque servavit.  
Nam toti urbi, templis, delubris, tectis ac mœnibus subiectos  
prope iam ignes circumdatosque restinximus, idemque gladios  
in rem publicam destrictos rettudimus mucronesque eorum a iu-  
gulis vestris deiecimus. Quae quoniam in senatu illustrata, pate-  
facta, compeita sunt per me, vobis iam exponam breviter, Quirites,  
ut, et quanta et quam manifesta, et qua ratione investigata et  
comprehensa sint, vos, qui et ignoratis et expectatis, scire possitis.

Principio, ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, cum  
sceleris sui socios, huiuscemodi nefarii belli acerrimos duces, Romae  
reliquisset, semper vigilavi et providi, Quirites, quem ad modum

- 2 in tantis et tam absconditis insidiis salvi esse possemus. Nam tum, cum ex urbe Catilinam eiciebam — non enim iam vereor huius verbi invidiam, cum illa magis sit timenda, quod vivus exierit —, sed tum, cum illum exterminari volebam, aut reliquam coniuratorum manum simul exituram, aut eos, qui restitissent,
- 4 infirmos sine illo ac debiles fore putabam. Atque ego, ut vidi, quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse et Romae remansisse, in eo omnes dies noctesque consumpsi, ut, quid agerent, quid molirentur, sentirem ac videarem, ut, quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehendenderem, ut tum demum animis saluti vestrae provideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis. Itaque, ut comperi legatos Allobrogum belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa a P. Lentulo esse sollicitatos, eosque in Galliam ad suos cives eodemque itinere [cum litteris mandatisque] ad Catilinam esse missos, comitemque iis adiunctum esse T. Volturciū, atque huic esse ad Catilinam datas litteras, facultatem mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam ab dis immortalibus, [ut] tota res non solum a me, sed etiam a senatu et a vobis manifesto deprehenderetur. Itaque hesterno
- 5 die L. Flaccum et C. Pomptinum praetores, fortissimos atque amantissimos rei publicae viros, ad me vocavi, rem exposui, quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora negotium suscepérunt et, cum advesperasceret, occulte ad pontem Mulvium pervenenerunt atque ibi in proximis villis ita bipartito fuerunt, ut Tiberis inter eos et pons interessent. Eodem autem et ipsi sine cuiusquam suspicione multos fortes viros eduxerant, et ego ex praefectura Reatina complures delectos adulecserantes, quorum opera utor adsidue in rei publicae praesidio, cum gladiis miseram.
- 6 Interim tertia fere vigilia exacta, cum iam pontem Mulvium magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent unaque Volturcius, fit in eos impetus; educuntur et ab illis gladii et a nostris. Res praetotibus erat nota solis, ignorabatur a ceteris.

Tum interventu Pomptini atque Flacci pugna, quae erat commissa, sedatur. Litterae, quaecumque erant in eo comitatu, integris signis praetoribus traduntur; ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorem Cimbrum Gabinum, statim ad me, nihil dum suspicantem, vocavi; deinde item accersitus est L. Statilius, et post eum C. Cethegus; tardissime autem Lentulus venit, credo quod in litteris dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilarat. Cum summis et clarissimis huius civitatis viris, qui audita re frequentes ad me mane convenerant, litteras a me prius aperiri quam ad senatum deferri placeret, ne, si nihil esset inventum, temere a me tantus tumultus iniectus civitati videretur, negavi me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integrum deferrem. Etenim, Quirites, si ea, quae erant ad me delata, reperta non essent, tamen ego non erbitrabar in tantis rei publicae periculis esse mihi nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter, ut vidistis, coëgi. Atque interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpicium praetorem, fortem virum, misi, qui ex aedibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret; ex quibus ille maximum sicarum numerum et gladiorum extulit.

Introduxi Volturcum sine Gallis; fidem publicam iussu senatus dedi; hortatus sum, ut ea, quae sciret, sine timore indicaret. Tum ille dixit, cum vix se ex magno timore recreasset, ab P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata et litteras, ut servorum praesidio uteretur, ut ad urbem quam primum cum exercitu accederet; id autem eo consilio, ut, cum urben ex omnibus partibus, quem ad modum descriptum distributumque erat, incendissent caudemque infinitam civium fecissent, praesto esset ille, qui et fugientes exciperet et se cum his urbanis ducibus coniungeret. Introducti autem Galli iusiurandum sibi et litteras ab Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem data esse dixerunt, atque ita sibi ab his et a L. Cassio esse praescriptum, ut equitatum in Italiam quam primum mitterent; pedestres sibi copias non defuturas. Lentulum auten sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis haruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium,

ad quem regnum huius urbis atque imperium pervenire esset  
necessere; Cinnam ante se et Sullam fuisse. Eundemque dixisse  
fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque impe-  
rii, qui esset annus decimus post virginum absolutionem, post  
10 Capitoli autem incensionem vicesimus. Hanc autem Cethego cum  
ceteris controversiam fuisse dixerunt, quod Lentulo et aliis Satur-  
nalibus caedem fieri atque urbem incendi placeret. Cethego ni-  
5 mium id longum videretur. Ac ne longum sit, Quirites, tabellas  
proferri iussimus, quae a quoque dicebantur datae. Primum  
ostendimus Cethego; signum cognovit. Nos linum incidimus, le-  
gimus. Erat scriptum ipsius manu Allobrogum senatui et populo  
sese, quae eorum legatis confirmasset, facturum esse; orare, ut  
item illi facerent, quae sibi eorum legati recepissent. Tum Ce-  
thagus, qui paulo ante aliquid tamen de gladiis ac sicis, quae  
apud ipsum erant deprehensa, respondisset dixissetque se semper  
bonorum ferramentorum studiosum fuisse, recitatis litteris de-  
bilitatus atque abieetus conscientia, repente conticuit. Introduc-  
tus est Statilius; cognovit et signum et manum suam. Reci-  
tatae sunt tabellae in eandem fere sententiam; confessus est.  
Tum ostendi tabellas Lentulo et quae sibi cognosceretne signum.  
Adnuit. «Est vero», inquam, «notum quidem si-  
gnum imago avi tui, clarissimi viri, qui  
a mavit unice patriam et cives suos; quae  
quidem te a tanto scelere etiam muta re-  
11 vocare debuit». Leguntur eadem ratione ad senatum Allo-  
brogum populumque litterae. Si quid de his rebus dicere vellet,  
feci potestatem. Atque ille primo quidem negavit; post autem  
aliquando, toto iam indicio exposito atque edito, surrexit; quae-  
sivit a Gallis, quid sibi esset cum eis, quan ob rem domum suam  
venissent, itemque a Volturcio. Qui cum illi breviter constanter-  
que respondissent, per quem ad eum quotiensque venissent,  
quaesissentque ab eo, nihilne secum esset de fatis Sibyllinis locutus,  
tum ille subito scelere demens, quanta conscientiae vis es-  
set, ostendit. Nam, cum id posset inficiari, repente praeter op-  
inionem omnium confessus est. Ita eum non modo ingenium  
illud et dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam propter

vim sceleris manifesti atque deprehensi impudentia, qua superabat omnes, improbitasque defecit. Volturcius vero subito litteras proferri atque aperiri iubet, quas sibi a Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atque ibi vehementissime perturbatus Lentulus tamen et signum et manum suam cognovit. Erant autem sine nomine, sed ita: «Quis sim, scies ex eo, quem ad te misi. Cura, ut vir sis, et cogita, quem in locum sis progressus. Vide, ecquid tibi iam sit necesse, et cura, ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infirmorum». Gabinius deinde introductus, cum primo impudenter respondere cœpisset, ad extremum nihil ex eis, quae Galli insimulabant, negavit. Ac mihi quidem, Quirites, cum illa certissima visa sunt argumenta atque indicia sceleris, tabellae, signa, manus denique unius cuiusque confessio, tum multo certiora illa, color, oculi, voltus, taciturnitas. Sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim nonnumquam inter se aspiciebant, ut non iam ab aliis indicari, sed indicare se ipsi viderentur.

Indicis expositis atque editis, Quirites, senatum consului, de summa re publica quid fieri placeret; dictae sunt a principibus acerrimae ac fortissimae sententiae, quas senatus sine ulla varietate est secutus. Et quoniam nondum est perscriptum senatus consultum, ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censuerit, exponam. Primum mihi gratiae verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea res publica maximis periculis sit liberata. Deinde L. Flaccus et C. Pomptinus praetores, quod eorum opera forti fidelique usus essem, merito ac iure laudantur. Atque etiam viro forti, collegae meo, laus impertitur, quod eos qui huius coniurationis participes fuissent, suis et a rei publicae consiliis removisset. Atque ita censuerunt, ut P. Lentulus, cum se praetura abdicasset, in custodiam traderetur; itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes praesentes erant, in custodiam traderentur; atque idem hoc decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat, in M. Ceparium, cui ad sollicitandos pastores Apuliam attributam esse erat indicatum, in P. Furium, qui est ex iis co-

lonis, quos Faesulas L. Sulla deduxit, in Q. Annium Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus, in P. Umbrenum, libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. Atque ea lenitate senatus est usus, Quirites, ut ex tanta coniuratione tantaque hac multitudine domesticorum hostium novem hominum perditissimorum pœna re publica conservata reliquorum mentes  
 15 sanari posse arbitraretur. Atque etiam supplicatio dis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est, quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit, et his decretis verbis est, «*q u o d u r b e m i n c e n d i i s, c a e d e c i v e s, I t a l i a m b e l l o l i b e r a s s e m*». Quae supplicatio si cum ceteris supplicationibus conferatur, hoc interest, quod ceterae bene gesta, haec una conservata re publica constituta est. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Nam P. Lentulus, quamquam patefactis indiciis, confessionibus suis, iudicio senatus non modo praetoris ius, verum etiam civis amiserat, tamen magistratu se abdicavit, ut, quae religio C. Mario, clarissimo viro, non fuerat, quo minus C. Glauциam, de quo nihil nominatim erat decretum, praetorem occidet, ea nos religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur.  
 7 Nunc quoniam, Quirites, consceleratissimi periculosisimique  
 16 belli nefarios duces captos iam et comprehensos tenetis, existimare debetis omnes Catilinae copias, omnes spes atque opes his depulsis urbis periculis concidisse. Quem quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc providebam animo, Quirites, remoto Catilina non mihi esse P. Lentuli somnum nec L. Cassii adipes nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam. Ille erat unus timendus ex istis omnibus, sed tam diu, dum urbis moenibus continebatur. Omnia norat, omnium aditus tenebat; appellare, temptare, sollicitare poterat, audebat. Erat ei consilium ad facinus aptum, consilio autem neque manus neque lingua deerat. Iam ad certas res conficiendas certos homines delectos ac descriptos habebat. Neque vero, cum aliquid mandarat, confectum putabat; nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret,  
 17 vigilaret, laboraret; frigus, sitim, famem ferre poterat. Hunc

ego hominem, tam acrem, tam audacem, tam paratum, tam calidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulisset (dicam id, quod sentio, Quirites), non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulisset. Non ille nobis Saturnalia constituisset, neque tanto ante exitii ac fati diem rei publicae denuntiavisset, neque commisisset ut signum, ut litterae suae testes manifesti sceleris deprehenderentur. Quae nunc illo absente sic gesta sunt, ut nullum in privata domo furtum umquam sit tam palam inventum, quam haec tanta in re publica coniuratio manifesto inventa atque deprehensa est. Quod si Catilina in urbe ad hanc diem remansisset, quamquam, quoad fuit, omnibus eius consiliis occurri atque obstiti, tamen, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos umquam, cum ille in urbe hostis esset, tantis periculis rem publicam tanta pace, tanto otio, tanto silentio liberassemus.

Quamquam haec omnia, Quirites, ita sunt a me administrata, 8 ut deorum immortalium nutu atque consilio et gesta, et provisa esse videantur. Idque cum conjectura consequi possumus, quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse, tum vero ita praesentes his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt, ut eos paene oculis videre possemus. Nam ut illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque caeli, ut fulminum iactus, ut terrae motus relinquam, ut omittam cetera, quae tam multa nobis consulibus facta sunt, ut haec, quae nunc fiunt, canere di immortales viderentur, hoc certe, quod sum dicturus, neque praetermittendum neque relinquendum est.

Nam profecto memoria tenetis Cotta et Torquato consulibus 19 complures in Capitolio res de caelo esse percussas, cum et simulacra deorum depulsa sunt et statuae veterum hominum deiectae et legum aera liquefacta et tactus etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus, quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem uberibus lupinis inhiantem, fuisse meministis. Quo quidem tempore cum haruspices ex tota Etruria convenientiss, caedes atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domesticum et totius urbis atque imperii occasum adpropinquare

dixerunt, nisi di immortales omni ratione placati suo numine  
 20 prope fata ipsa flexissent. Itaque illorum responsis tum et ludi  
 per decem dies facti sunt, neque res ulla, quae ad placandos deos  
 pertineret, praetermissa est. Idemque iusserunt simulacrum Jovis  
 facere maius et in excelso collocare et contra, atque antea fuerat,  
 ad orientem convertere; ac se sperare dixerunt, si illud signum,  
 quod videtis, solis ortum et forum curiamque consiperet, fore  
 ut ea consilia, quae clam essent inita contra salutem urbis atque  
 imperii, illustraréntur, ut a senatu populoque Romano perspici  
 possent. Atque id signum collocandum consules illi locaverunt;  
 sed tanta fuit operis tarditas, ut neque superioribus consulibus  
 9 neque nobis ante hodiernum diem collocaretur. Hic quis potest  
 21 esse, Quirites, tam aversus a vero, tam preecepis, tam mente  
 captus, qui neget haec omnia, quae videmus, preecipueque hanc  
 urbem deorum immortalium nutu ac potestate administrari?  
 Etenim, cum esset ita responsum, caedes, incendia, interitum rei  
 publicae comparari, et ea per cives, quae tum propter magnitu-  
 dinem scelerum nonnullis incredibilia videbantur, ea non modo  
 cogitata a nefariis civibus, verum etiam suscepta esse sensistis.  
 Illud vero nonne ita preeiens est ut nutu Jovis Optimi Maximi  
 factum esse videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo  
 iussu et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae duce-  
 rentur, eo ipso tempore signum statueretur? Quo collocato atque  
 ad vos senatumque converso omnia et senatus et vos, quae erant  
 contra salutem omnium cogitata, illustrata et patefacta vidistis.  
 22 Quo etiam maiore sunt isti odio supplicioque digni, qui non so-  
 lum vestris domiciliis atque tectis, sed etiam deorum templis  
 atque delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati.  
 Quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam et non sim  
 ferendus; ille, ille Jupiter restitit; ille Capitolium, ille haec tem-  
 pla, ille cunctam urbem; ille vos omnes salvos esse voluit. Dis  
 ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque  
 suscepit atque ad haec tanta indicia perveni. Iam vero (in illa Allobrogum sollicitatione), ab Lentulo ceterisque domesticis  
 hostibus tam dementer tantae res creditae et ignotis et barbaris  
 commissaeque litterae numquam essent profecto, nisi ab dis im-

mortalibus huic tantae audaciae consilium esset ereptum. Quid vero? ut homines Galli ex civitate male pacata, quae gens una restat, quae bellum populo Romano facere et posse et non nolle videatur, spem imperii ac rerum maximarum ultiro sibi a patriis hominibus oblatam neglegerent vestramque salutem suis opibus anteponerent, id non divinitus esse factum putatis, praesertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerint?

Quam ob rem, Quirites, quoniam ad omnia pulvinaria suppliatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis 10 vestris. Nam multi saepe honores dis immortalibus iusti habitu sunt ac debiti, sed profecto iustiores numquam. Erepti enim estis ex crudelissimo ac miserrimo interitu, et erepti sine caede, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione; togati me uno togato duce et imperatore vicistis. Etenim recordamini, Quirites, omnes 23 civiles dissensiones, non solum eas, quas audistis, sed eas quas vosmet ipsi memisistis atque vidistis L. Sulla, P. Sulpicium oppressit; C. Marium custodem huius urbis, multosque fortes viros partim eiecit ex civitate, partim interemit. Gn. Octavius consul armis expulit ex urbe collegam; omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit. Superavit postea Cinna cum Mario; tum vero clarissimis viris imperfectis lumina civitatis extincta sunt. Ultus est huius victoriae crudelitatem postea Sulla; ne dici quidem opus est, quanta deminutione civium et quanta calamitate rei publicae. Dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro, Catulo; attulit non tam ipsius interitus rei publicae luctum quam ceterorum. Atque illae tamen omnes dissensiones erant eius modi, 24 quae non ad delendam, sed ad commutandam rem publicam, pertinenterent. Non illi nullam esse rem publicam, sed in ea, quae esset, se esse principes, neque hanc urbem conflagrare, sed se in hac urbe florere voluerunt. Atque illae tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitium rei publicae quaesivit, eius modi fuerunt, ut non reconciliatione concordiae sed internecione civium dijudicatae sint. In hoc autem uno post hominum memoriam [maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla umquam barbaria cum sua gente gessit, quo in bello lex haec fuit a Lentulo, Catilina, Cethego, Cassio constituta, ut omnes, qui salva urbe salvi esse possent, in

hostium numero ducerentur, ita me gessi, Quirites, ut salvi omnes conservaremini et, cum hostes vestri tantum civium superfuturum putassent, quantum infinitae caedi restitisset, tantum autem urbis, quantum flamma obire non potuisset, et urbem et cives integros incolumesque servavi.

- 11** Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo praeterquam huius diei memoriam sempiternam. In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et collocari volo. Nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum, nihil denique eius modi, quod etian minus digni adsequi possint. Memoria vestra, Quirites, nostrae res alentur, sermonibus crescent, litterarum monumentis inveterascent et corroborabuntur; eandemque diem intellego, quam spero aeternam fore, propagatam esse et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei, unoque tempore in hac re publica duos cives exstisset, quorum alter fines vestri imperii non terrae, sed caeli regionibus terminaret, alter eiusdem imperii domicilium sedesque servaret. Sed quoniam ea-
- 12** rum rerum, quas ego gessi, non eadem est fortuna atque condicio quae illorum, qui externa bella gesserunt, quod mihi cum iis vivendum est, quos vici ac subegi, illi hostes aut imperfectos aut oppressos reliquerunt, vestrum est, Quirites, si ceteris facta sua recte prosunt, mihi mea ne quando obsint, providere. Mentes enim hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne vobis nocere possent ego providi, ne nihi noceant, vestrum est providere. Quamquam, Quirites, mihi quidem ipsi nihil ab istis iam noceri potest. Magnum enim est in bonis praesidium, quod mihi in perpetuum comparatum est, magna in re publica dignitas, quae me semper tacita defendet, magna vis conscientiae, quam
- 28** qui neglegunt, cum me violare volent se ipsi indicabunt. Est enim in nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius audaciae cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper laccessamus. Quod si omnis impetus domesticorum hostium, depulsus a vobis se in me unum converterit, vobis erit videndum, Quirites, qua condicione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtu-

lerint invidiae periculisque omnibus; mihi quidem ipsi quid est quod iam ad vitae fructum possit adquiri, cum praesertim neque in honore vestro neque in gloria virtutis quidquam videam altius, quo mihi libeat ascendere? Illud perficiam profecto, Quirites, 29 ut ea, quae gessi in consulatu, privatus tuear atque ornem, ut, si qua est invidia in conservanda re publica suscepta, laedat invidos, mihi valeat ad gloriam. Denique ita me in re publica tractabo, ut meminerim semper, quae gesserim, curemque ut ea virtute, non casu gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam iam est nox, venerati Jovem illum, custodem huius urbis ac vestrum, in vestra tecta discedite et ea, quamquam iam est periculum depulsum, tamen aeque ac priore nocte custodiis vigiliisque defendite. Id ne vobis diutius faciendum sit, atque ut in perpetua pace esse possitis, providebo.

## PRO ARCHIA POËTA ORATIO

- 1 1 Si quid est in me ingenii, iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse, earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque repetens, hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. Quod si haec vox huius hortatu praeceptisque conformata non nullis aliquando saluti fuit, a quo id accepimus, quo ceteris opitulari et alios servare possemus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis et opem et salutem ferre debemus.
- 2 Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii neque haec dicendi ratio aut disciplina, ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur.
- 2 3 Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quaestione legitima et in iudicio publico, cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos iudices tanto conventu hominum ac frequentia, hoc uti genere dicendi, quod non modo a consuetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat, quaequo a vobis, ut in hac causa mihi

detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis, quem ad modum spero, non molestam, ut me pro summo poëta atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum litteratissimorum, hac vestra humanitate, hoc denique praetore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis ac litterarum paulo loqui liberius, et in eius modi persona, quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est, uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi. Quod si mihi a vobis 4 tribui concedique sentiam, perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numero ci-  
vium, verum etiam, si non esset, putetis adsciscendum fuisse.

Nam, ut primum ex pueris excessit Archias atque ab eis 3 artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiae — nam ibi natus est loco nobili —, celebri quodam urbe et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis adfluenti, cele-  
riter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. Post in ceteris Asiae partibus cunctaque Graecia sic eius adventus celebrabantur, ut famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipsius 5 adventus adminiratioque superaret. Erat Italia tum plena Grae- carum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio ve- hementius tum colebantur quam nunc eisdem in oppidis, et hic Romae propter tranquillitatemque rei publicae non neglegebantur. Itaque hunc et Tarentini et Regini et Neapolitani civitate cete- risque praemiis donarunt, et omnes, qui aliquid de ingenii poter- rant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus, Romam venit Mario consule et Catulo. Nactus est primum con- sules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum 6 res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset. Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Et erat non solum ingenii ac litterarum, verum etiam nature atque virtutis, ut domus, quae huius adulescentiae prima patuit, eadem esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello, illi Numidico, et eius Pio filio, audiebatur a M. Aemilio, vivebat cum Q. Catulo

et patre et filio, a M. Grasso colebatur; Lucullos vero et Drusum et Octavios et Catonem et totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine cum teneret, adficiebatur summo honore, quod eum non solum colebant, qui aliquid percipere atque audire studabant, verum etiam si qui forte simulabant.

4 Interim satis longo intervallo, cum esset cum M. Lucullo in Siciliam profectus, et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam. Quae cum esset civitas aequissimamente ac fœdere, adscribi se in eam civitatem voluit, idque, cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli 7 ab Heracliensibus impetravit. Data est civitas Silvani lege et Carbonis, si qui fœderatis civitatibus ascripti fuissent, si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent et si sexaginta diebus apud praetorem essent professi. Cum hic domicilium Romae multos iam annos haberet, professus est apud praetorem Q. Metellum, familiarissimum suum.

8 Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico amplius; causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Gratti, potest? Heracleaene esse tum adscriptum negabis? Adest vir summa auctoritate et religione et fide, M. Lucullus, qui se non opinari sed scire, non audisse, sed vidisse, interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines, huius iudicii causa cum mandatis et cum publico testimonio venerunt, qui hunc adscriptum Heracliensem dicunt. Hic tu tabulas desideras Heraclienium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interisse scimus omnes? Est ridiculum ad ea, quae habemus, nihil dicere, quaerere, quae habere non possumus, et de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare, et, cum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipii ius iurandum fidemque, ea, quae depravari nullo modo possunt, repudiare, tabulas, quas, 9 idem dici solere corrumpi, desiderare. An domicilium Romae non habuit is, qui tot annis civitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit? An non est professus? Immo vero eis tabulis professus, quae solae ex illa professione collegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem.

5 Nam, cum Appii tabulae negligenter adservatae dicerentur, Ga-

binii, quam diu incolumis fuit levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum praetorem et ad iudices venerit et unius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur in tabulis nullam lituram in nomine A. Licinii videtis.

Quae cum ita sint, quid est, quod de eius civitate dubitetis, 10 praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit adscriptus? Etenim cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebant, Reginos credo aut Locrenses aut Neapolitanos aut Tarentinos, quod scaenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingenii praedito gloria noluisse! Quid? cum ceteri noon modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas inrepserunt, hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heraclensem esse voluit reicitur? Census nostros requiris. Scilicet; 11 est enim obscurum proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitum fuisse, superioribus cum eodem quaestore fuisse in Asia, primis, Iulio et Crasso, nulla populi partem esse censam. Sed, quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo indicat, eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro cive, eis temporibus is, quem tu criminaris ne ipsius quidem iudicio in civium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit nostris legibus, et adiit hereditates civium Romarnorum et in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo proconsule. Quaere argumenta, si quae potes; numquam enim hic neque suo neque amicorum iudicio revincetur.

Quaeres a nobis, Gratti, cur tanto opere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu 12 reficiatur, et aures convicio defessae conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse, quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus, aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor me his studiis esse deditum. Ceteros

pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt, ut nihil possint ex eis neque ad communem adferre fructum neque in adspectum lucecumque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, iudices, ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique 13 somnus retardarit? Qua re quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero?

28. id = τοῦτο, νὰ θεραπεύητε δὴ. τοὺς ποιητάς. verum tamen = ἄλλ' ὅμως. atque... et... que = συνδέονται τρεῖς ἔννοιαι, καὶ... καὶ... καὶ... inchoavit = ἤρξατο, ἐπομένως δὲν ἐτελείωσεν ἀκόμη. quibus = θὰ ἐννοήσωμεν ὅχι τὸ versibus, ἄλλὰ τὸ περιεχόμενον τῆς προηγουμένης προτάσεως, ὅτι δὴ. ἐπεχείρησε διὰ στίχων νὰ ὑμνήσῃ καὶ ἤρχισεν. Ἐπομένως «τούτου ἀκούσθεντος». adornavi = τοῦ ἔδωκα ὅλα τὰ μέσα ( διὰ νὰ φέρῃ εἰς πέρας τοῦτο τὸ ποίημα ). qua detracta = ταύτης δὲ ἀφαιρεθείσης, ἀποσπασθείσης ( δὴ. τῆς ἀμοιβῆς ). Ἡ μετοχὴ ὑποθετικὴ = ἀν ἀφαιρεθῇ. curriculum = ἄρμα καὶ μεταφορ. σταδιοδρομία.

29. Ὁ Κικέρων γενικεύει ἐδῶ τὴν γνώμην, τὴν ὅποιαν ἐξέφρασε προηγουμένως μόνον δι' ἔχυτόν. praesentīret in postērum πλεονα-

σμὸς = προησθάνετο εἰς τὸ μέλλον. et si... terminaret = ἀν ἐπερμάτι-  
ζεν. eisdem regionibus... quibus = εἰς ταύτας τὰς περιοχὰς ( ὅρια ),  
εἰς τὰς ὄποιας. circumscriptum est = εἶναι περιγεγραμμένον, περιω-  
ρισμένον, nec, neque, nec = οὔτε... οὔτε... οὔτε... frango = θραύω.  
ango = ἔγγω, πνίγω ( κοινῶς πνίγομαι ἀπό φροντίδας ). nunc, ἐνν. τὸ  
verò = νῦν δέ, τῷρα δύμως. insideo = ἐπικάθημαι. virtus = εὐγενής  
ὅρμη. stimūlis gloriae = διὰ τῶν κέντρων τῆς δόξης. non esse dimis-  
tendam = ὅτι δὲν πρέπει νὰ ἀπολεσθῇ. nominis, γεν. ἀντ. εἰς τὸ com-  
memorationem = ἡ ἀνάμνησις τοῦ ὀνόματός μας. adaequo = ἐξισῶ.  
posteritas = ὁ μετέπειτα χρόνος.

## Κεφάλαιον 12.

**30.** versamur = ἀναστρεφόμεθα. ut, σύνδεσον μὲ τὸ arbitremur=  
ώστε νὰ νομίζωμεν. omnia nobiscum = πάντα μεθ' ἡμῶν, δηλ. ani-  
mus, corpus, commemoratio nominis nostri. cum = καίτοι. otiosus = ἀπόργυμων,  
σχολαῖος. spiritum duco = ἀναπνέω. 'Η ἐξήγησις:  
καίτοι μέχρι τοῦ ἐσχάτου διαστήματος ( τῆς ζωῆς μας ) οὐδόλως διά-  
γομεν ἡσύχως καὶ ἀπόνως. summis ingeniiis = viris summo inge-  
nio praeditis = ὑπὸ ἀνδρῶν πεπροικισμένων δι' ὑψίστου πνεύματος.  
expressam = ἐκτυπωθεῖσαν καὶ polītām = καλλιτεχνηθεῖσαν. vero =  
τῷ ὄντι. in gerendo = ἐν τῷ πράττειν, καθ' ὅν χρόνον τὸ ἔπραττον.  
spargo = σπείρω. dissemino = διασκορπίζω. 'Η ἐκφρασις διὰ τῶν  
ρήματων τούτων γίνεται ποιητική. sive - sive = εἴτε - εἴτε. abfutura  
est... pertinebit ὁ α' περιφραστικὸς μέλλων δεικνύει τὸ μελλοντικῶς  
ἀβέβαιον, ἐνῷ ὁ β' ἀπλοῦς τὸ μελλοντικῶς βέβαιον καὶ τὴν πεποίθησιν  
τοῦ ῥήτορος. abfutura est, τοῦ absum = ἀπειμι. imagines: 'Ιδαι-  
τέρως διὰ τοὺς 'Ρώμαίους imagines ἤσαν καὶ τὰ κήρινα ὄμοιώματα  
τῶν προγόνων τὰ τοποθετημένα εἰς τὸ ἀτριον τῶν οἰκιῶν.

**31.** quare: δι' αὐτοῦ εἰσάγεται τὸ συμπέρασμα ὃλου τοῦ λόγου.  
pudor = σωφροσύνη. amicorum, νὰ συνδεθῇ μετὰ τοῦ dignitate.  
cum-tum = τόσον... ὅσον, καὶ... καὶ, ἀντὶ νὰ εἴπῃ ab amicis cum  
illustribus tum vetustis = ὑπὸ φίλων καὶ ἐπιφανῶν καὶ ἀρχαίων.  
convénit, ἀπροσ. = ἀρμόζει. existīmo = θεωρῶ, νομίζω. causa ve-  
ro eius modi quae = cuius causa sit eius modi ut ea... causa =  
ὑπόθεσις. recentibus = τοὺς προσφάτους οἰκείους κινδύνους καὶ ἡμε-

τέρους καὶ ὑμετέρους· ἐννοεῖ τοὺς ἐκ τῆς συνωμοσίας τοῦ Κατιλίνα. profiteor = ὑπισχνοῦμαι. eo numero = ἀντὶ est e numero eorum, qui... sunt habiti πληθ. διότι τὸ numero εἰναι περιληπτικὸν = ἔθεσις ἀρήθησαν. itaque dicti = et tales dicti sunt = καὶ τοιοῦτοι ὀνομάσθησαν. accipiatis, νὰ συνδεθῇ μὲ τὸ προηγούμενον ut eum. potius = magis = μᾶλλον. humanitas = ἐνταῦθα = ἐπιείκεια, ὅπως καὶ τὸ acerbitas = αὐστηρότης.

32. quae, οὐδ. = ὅσα. pro = κατά, συμφώνως. confido = πέπεισμαι, ἐν τῇ ἀντιθέσει πρὸς τὸ spero. iudicialis = δικανικός. communiter = κοινῶς, γενικῶς. quae a forensi... ἐρμηνείᾳ: ὅσα δὲ ὀμιλησα ἀσφαλῶς μακρὰν ἐμοῦ καὶ τῆς δικανικῆς συνηθείας καὶ περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἀνδρὸς καὶ γενικῶς περὶ αὐτῆς τῆς σπουδῆς.

ΟΒΙΔΙΟΥ ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ  
(ΕΚΛΟΓΑΙ)




ΖΑΦΕΙΡΙΟΥ Ν. ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ

# ΟΒΙΔΙΟΥ ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ

(ΕΚΛΟΓΑΙ)

ΔΙΑ ΤΗΝ Ε' ΤΑΞΙΝ ΤΩΝ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ



ΟΡΓΑΝΙΣΜΟΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ ΣΧΟΛΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ  
ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ 1962

Ψηφιοποιήθηκε από το Ινστιτούτο Εκπαιδευτικής Πολιτικής



## ΕΙΣΑΓΩΓΗ

### 1. Βίος τοῦ Ὁβιδίου.

Ο Πόπλιος Ὁβιδίος Νάσων ( P. Ovidius Naso ) ἐγεννήθη εἰς τὴν πόλιν Σούλμον ( Sulmo, νῦν Solmona ) τῆς περιοχῆς τῶν Πελιγνῶν τῆς Ἰταλίας τὸ 43 π. Χ. ἡ 711 ἀπὸ κτίσεως Ρώμης, ἐξ οἰκογενείας ἀνηκούστης εἰς τὴν τάξιν τῶν ἵππεων ( *ordo equester* ).

Νεώτατος ἦλθεν εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ τοῦ πρεσβυτέρου κατὰ ἐν ἔτος ἀδελφοῦ του καὶ ἐπεδόθη εἰς τὴν σπουδὴν τῆς ῥητορικῆς, ὑπὸ τοὺς διασήμους τότε ῥητοροδιδασκάλους Ὁρέλλιον Φοῦσκον καὶ Πόρκιον Λάτρωνα, κατ' ἐπιθυμίαν τοῦ πατρός του, φιλοδιξοῦντος νὰ ἔῃ τοὺς υἱούς του πλουσίους, δρῶντας καὶ ἀναδεικνυομένους εἰς τὴν πολιτικήν.

Τόσην ὅμως εἶχε κλίσιν εἰς τὴν ποίησιν, εἰς τὴν ὄποιαν ἀπὸ τῆς παιδικῆς του ἡλικίας εἶχεν ἐπιδόθη, ὥστε, ἀν καὶ ηὔδοκίμει εἰς τὴν ῥητορικήν, δὲν ἔπαυσε νὰ ἀσχολῆται καὶ εἰς τὴν ποίησιν. Ο ἕδιος ὁ Ὁβιδίος, ὄμιλῶν διὰ τὴν κλίσιν του ταύτην, γράφει (*Tristia 4, 10, 26* ) :

Sponte sua carmen num̄eros veniebat ad aptos  
Et quod temptabam dicere, versus erat.

( Ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ ποίημα προσηρμόζετο εἰς τὸ προσῆκον μέτρον  
καὶ ὅτι ἐπεχείρουν νὰ λέγω ἢτο στίχος ).

Πρὸς συμπλήρωσιν τῶν σπουδῶν του μετέβη εἰς Ἀθήνας. Ἐπεισφέρθη ὅμως καὶ ἄλλας πόλεις τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Μ. Ἀσίας. Μετὰ δύο ἔτη παραμονῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐπέστρεψεν εἰς Ῥώμην, διὰ μέσου τῆς Σικελίας, ὅπου παρέμεινεν ἐπί τινα χρόνου.

Ἐν Ῥώμῃ κατ' ἀρχὰς ἀνεμείχθη εἰς τὴν πολιτικήν καὶ ἀνέλαβε τὰ μικρότερα πολιτικὰ ἀξιώματα, διὰ τῶν ὁποίων ἐπρεπε νὰ διέλθῃ, ἵνα διεκδικήσῃ τὰ ἀνώτερα. Ἀλλ' αἱ τοιαῦται ἀπασχολήσεις οὐδὲν εἶχον τὸ ἐλκυστικὸν διὰ τὸν Ὁβιδίον, ὃστις εἶχεν ἀφήσει ἀκουσίως τὸν Ἑλικῶνα. Διὰ τοῦτο δὲν ἐβράδυνε νὰ περιφρονήσῃ τὰς τιμὰς τῆς

ποιητικής, καθ' ὃν ἀκριβῶς χρόνον αἱ θύραι τῆς Συγκλήτου ἡνοίγοντο εἰς αὐτόν. Ἐπανῆλθε λοιπὸν εἰς τὰς προσφιλεῖς του Μούσας, διὰ νὰ μὴ τὰς ἐγκαταλείψῃ ποτὲ πλέον. Ματαίως προσεπάθει ὁ πατέρας του νὰ τὸν μεταπείσῃ, μεταχειρισθεὶς πολλάκις τὸ ἐπιχείρημα, ὅτι « Ὁ Μαιονίδης ( "Ομηρος" ) δὲν ἀφῆκε περιουσίαν . . . ».

Μετὰ τὴν δημοσίευσιν τῶν πρώτων ποιημάτων του ἐγένετο γνωστὸς εἰς τὸν εὐρὺν κύκλον τῶν λογίων τῆς 'Ρώμης, μεθ' ὄν συνεδέθη διὰ φιλίας, ὡς ἐπὶ παραδείγματος μετὰ τοῦ 'Ορατίου, Προπερτίου, Τιβούλλου καὶ ὄλλων. Τόσην δὲ ἡσθάνετο γχαρὰν ἐκ τῆς μετ' αὐτῶν συναναστροφῆς, ὥστε ὁ Ἰδιος λέγει ἐν τῇ αὐτοβιογράφᾳ του : « Ἐθεράπευσα καὶ ἡγάπησα τοὺς ποιητὰς τοῦ καιροῦ ἐκείνου· ὁσάκις εὑρισκόμην πλησίον ποιητῶν, ἐνδύμιζον ὅτι θεοὶ ἦσαν παρόντες ».

Εἰς ἡλικίαν 51 ἑτῶν, ὅτε εὐτυχῆς ἔτεινε νὰ καταλάβῃ τὴν πρώτην θέσιν μεταξὺ τῶν συγχρόνων του ποιητῶν, περιέπεσε, δι' ἄγνωστον λόγον, εἰς τὴν δυσμένειαν τοῦ παντοδυνάμου τότε Αὐγούστου καὶ ἡναγκάσθη νὰ ἐγκαταλείψῃ τὴν 'Ρώμην καὶ τὸν προσφιλῆ κύκλον τῶν ὄμοτέχνων του καὶ νὰ ἀπέλθῃ ἐξόριστος εἰς Τόμους, μικρὰν παρὰ τὰς νοτίας ἐκβολὰς τοῦ Δουνάβεως πόλιν, πλησίον τῆς σημερινῆς Κωστάντζης.

Ἄγνωστα εἶναι τὰ αἴτια τοῦ ὑπερορισμοῦ τοῦ ποιητοῦ· πολλὰ εἰκάζονται, ὀλλ' οὐδὲν τὸ βέβαιον. 'Ο Ἰδιος γράφει σχετικῶς ( *Tristia* 11, 207 ) :

Perdidērint cum me duo crīmīna, carmen et error,  
Alterius facti culpa silenda mihi.

( Δύο ἐγκλήματα μὲν κατέστρεψαν, ποίημα καὶ σφάλμα,  
ἄλλα δὲ ἐκάτερον πρέπει νὰ σιωπῶ ).

΄Αλλὰ καὶ ἐξόριστος δὲν ἔπαινε νὰ ἀσχοληται εἰς τὴν ποίησιν, ἥτις ᾧτο ὁ παρήγορος ἄγγελος ἐν τῇ μονώσει του: « Gratia, Musa,  
tibi nam tu solacia praebes » ( Σ' εὐχαριστῶ, Μοῦσα, διύτι μὲ παρηγορεῖς ).

Τὴν φαιδρότητα ὅμως, τὴν δποίαν ἀπέπνεον τὰ πρὸ τῆς ἐξορίας ἔργα του, διαδέχεται καταθλιπτικὴ μελαγχολία. Παρὰ τὴν ἐπιθυμίαν του δὲ καὶ τὴν ταπεινωτικὴν καὶ ἐξευτελιστικὴν κολακείαν, τὴν δποίαν μετεχειρίσθη ἀπευθύνων ἐπιστολὰς καὶ ποιήματα πρὸς τοὺς ἴσχυροὺς τῆς 'Ρώμης, δὲν κατώρθωσε νὰ ἐπιτύχῃ τὴν ἀνάκλησίν του. Ήδυνήθη ὅμως νὰ ἐξασφαλίσῃ ἐκεῖ ζωὴν σχετικῶς ἀνετον, διότι ἡ ἐπιβληθεῖσα

εἰς αὐτὸν ποινὴ ἡτού ύπερορισμὸς (relegatio) καὶ ὅχι φυγάδευσις ( aquae et ignis interdictio ), κατὰ τὴν ὁποίαν ἐδημεύετο ἡ περιουσία καὶ ἥλαττοῦντο τὰ πολιτικὰ δικαιώματα.

Τὸ 8ον ἀπὸ τῆς ἔξορίας του ἔτος, 17 μ. Χ. ἢ 770 ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἀπέθανεν εἰς τὴν ἄξενον καὶ βάρβαρον ἐκείνην χώραν, ὃπου εἶχε ῥίφθη ὁ χαρίεις καὶ κομψὸς ποιητής, εἰς ἥλικιαν 60 περίπου ἑτῶν. Τὸ 1886 ἴδιρύθη πρὸς τιμήν του μνημεῖον ἐν Κωστάντζῃ τῆς Ῥουμανίας, ὃπου πιστεύεται ὅτι ἀνεκαλύφθη ὁ τάφος του. Δὲν εἶναι γνωστὸν ὅτι μετεκομίσθησαν τὰ δόστα ἢ ἡ κόνις του εἰς Ῥώμην, ὅπως ζῶν εἶχεν ἐκφράσει τὴν ἐπιθυμίαν.

## 2. Ἐργα τοῦ Ὁβιδίου.

Τὸ ποιητικὸν ἔργον τοῦ Ὁβιδίου διακρίνεται εἰς τρεῖς περιόδους. Αἱ δύο πρῶται περιλαμβάνουν τὰ πρὸ τῆς ἔξορίας ποιήματά του, ἢ δὲ τρίτη τὰ μετ'

### I. Τὰ πρὸ τῆς ἔξορίας.

Εἰς τὴν πρώτην περίοδον ἀνήκουν :

1. *Heroīdes*. (*Epistulae*) = 21 ἐπιστολαὶ γυναικῶν τῶν ἡρωικῶν χρόνων.
2. *A m o r e s* = "Ἐρωτεῖς.
3. *Medicamina faciei* = φάρμακα τοῦ προσώπου (καλυπτικά).
4. *Ars amandi* ἢ *ars amatoria* = ἡ ἐρωτικὴ τέχνη.
5. *Remedia amoris* = ἀντιφάρμακα τοῦ ἔρωτος.

Εἰς τὴν δευτέραν περίοδον :

1. *Metamorphoses* = μεταμορφώσεις.
2. *Fasti* = ἡμερολόγιον, ἀτελές λόγω τῆς ἔξορίας του.

### II. Τὰ μετὰ τὴν ἔξορίαν.

1. *Tristia* = θρῆνοι.
2. *Epistulae ex Pontio* (Pontiaca).
3. *Haliutica* = ἀλιευτικά.
4. *Ibis* = Ἡβις.

### 3. Εἰσαγωγὴ εἰς τὰς Μεταμορφώσεις.

Τὸ ἀξιολογώτερον ἔργον τοῦ Ὁβιδίου εῖναι αἱ Μεταμορφώσεις, ποίημα τῆς διδακτικῆς ποιήσεως, ἐν δακτυλικῷ ἔξαμέτρῳ, διηρημένον εἰς 15 βιβλία. Τὸ χειρόγραφον αὐτῶν εἶχε καύσει ὁ Ὁβιδίος, πρὶν ἡ ἀπέλθῃ εἰς τὴν ἔξορίαν. Τὸ ἔργον ὅμως ἐσώθη, διότι φίλοι αὐτοῦ κατεῖχον ἀντίγραφα. Ὁ Ὁβιδίος ἐκ φύσεως ἀπέκλινε πρὸς τὰ ἐρωτικὰ μᾶλλον ποιήματα, τὰ δὲ ποιῶν καὶ διακρίνονται ἀπὸ τεχνικῆς ἀπόψεως.

Διὰ τῶν Μεταμορφώσεων ἐπεχεύρησεν ἡ μοῦσά του ὑφηλοτέραν πτῆσιν. Τὸ θέμα τοῦτο, τὸ δόποῖον εἶχον πραγματευθῆ πρὸ αὐτοῦ οἱ Ἀλεξανδρινοί, μάλιστα δὲ ὁ Νίκανδρος (Ἐτεροιούμενα), ὁ Παρθένιος (Μεταμορφώσεις) καὶ ὁ Βοῖος (Ορνιθογονία), ἥτοι σύμφωνον πρὸς τὴν ποιητικὴν ἰδιοφυΐαν τοῦ Ὁβιδίου, ὃστις ἐγνώριζεν ἀριστοτεχνικῶν νὰ ποικίλῃ τὸν λόγον καὶ κομψότατα νὰ περιγράψῃ.

Ἐφιλοτέχνησε λοιπὸν τὰς μυθικὰς μεταμορφώσεις κατὰ τάξιν χρονολογικὴν ἀπὸ τοῦ Χάους μέχρι τοῦ μεταμορφωθέντος εἰς ἀστέρα τοῦ Ιουλίου Καίσαρος.

Ἐνότητα ἐπικὴν οὔτε ἔχουν αἱ μεταμορφώσεις, οὔτε ἥτοι δυνατὸν νὰ ἔχουν. Οἱ μῦθοι διαδέχονται ἀλλήλους μετὰ χαλαροῦ συνδέσμου καὶ προβάλλονται ἐνώπιον μας ὡς εἰς κινηματογραφικὴν ταινίαν. Εἶναι ὅμως θαυμαστὴ ἡ ποικιλία καὶ ἡ ἐφευρετικής τοῦ ποιητοῦ εἰς τὴν ζωηρὰν παράστασιν τῶν ἀτελευτήτων ἐκείνων μυθικῶν μεταβολῶν, 192 περίπου, τὴν δόποιαν μόνον ἡ γόνιμος τοῦ Ὁβιδίου φαντασία ἡδύνατο νὰ κατορθώσῃ.

Τὸν ποιητὴν θὰ κρίνωμεν μετὰ τὴν ἐρμηνείαν τῶν δύο ἀνὰ χεῖρας μεταμορφώσεων «Φαέθων» καὶ «Νιόβη».

ΜΕΡΟΣ Α'

K E I M E N O N

LIBER PRIMUS

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

In nova fert animus mutatas dicere formas  
corpora : di, coeptis ( nam vos mutastis et illas )  
adspirate meis, primaque ab origine mundi  
ad mea perpetuum deducite tempora carmen !

.....  
.....

LIBER SECUNDUS

ΡΗΑΞΘΟΝ

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,  
clara micante auro flamasque imitante pyropo,  
cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat;  
argenti bifores radiabant lumine valvae.

- 5 materiam superabat opus: nam Mulciber illic  
aequora caelarat medias cingentia terras  
terrarumque orbem caelumque, quod imminet orbi.  
caeruleos habet unda deos, Tritona canorum  
Proteaque ambiguum balaenarumque prementem

- 10 Aegaeona suis immania terga lacertis,  
 Doridaque et natas, quarum pars nare videtur,  
 pars in mole sedens virides siccare capillos,  
 pisce vehi quaedam. facies non omnibus una,  
 non diversa tamen : qualem decet esse sororum.
- 15 terra viros urbesque gerit silvasque ferasque  
 fluminaque et nymphas et cetera numina ruris.  
 haec super imposita est caeli fulgentis imago,  
 signaque sex foribus dextris totidemque sinistris.  
 quo simul acclivo Clymeneia limite proles
- 20 venit et intravit dubitati tecta parentis,  
 protinus ad patrios sua fert vestigia vultus  
 constititque procul : neque enim propiora ferebat  
 lumina. purpurea velatus veste sedebat  
 in solio Phoebus claris lucente smaragdis.
- 25 a dextra laevaque Dies et Mensis et Annus  
 Saeculaque et positae spatiis aequalibus Horae  
 Verque novum stabat cinctum florente corona,  
 stabat nuda Aestas et spicae serta gerebat,  
 stabat et Autumnus calcatis sordidus uvis,
- 30 et glacialis Hiems canos hirsuta capillos.  
 inde loco medius rerum novitate paventem  
 Sol oculis iuvenem, quibus aspicit omnia, vidit,  
 « quae » que « viae tibi causa? quid hac » ait « arce petisti,  
 progenies, Phaethon, haud infitianda parenti? »
- 35 ille refert « o lux immensi publica mundi,  
 Phoebe, pater, si das huius mihi nominis usum,  
 nec falsa Clymene culpam sub imagine celat  
 pignora da, genitor, per quae tua vera propago  
 credar, et hunc animis errorem detrahe nostris ».
- 40 dixerat. at genitor circum caput omne micantes  
 depositus radios propriusque accedere iussit,  
 amplexuque dato « nec tu meus esse negari  
 dignus es, et Clymene veros » ait « edidit ortus.  
 quoque minus dubites, quodvis pete munus, ut illud
- 45 me tribuente feras. promissis testis adesto

dis iuranda palus, oculis incognita nostris ».  
 vix bene desierat: currus rogat ille paternos  
 inque diem alipedum ius et moderamen equorum.  
 paenituit iurasse patrem. qui terque quaterque  
 50 concutiens illustre caput « temeraria » dixit  
 « vox mea facta tua est. utinam promissa liceret  
 non dare ! confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.  
 dissuadere licet. non est tua tuta voluntas ;  
 magna petis, Phaëthon, et quae nec viribus istis  
 55 munera conveniant nec tam puerilibus annis.  
 sors tua mortalis : non est mortale quod optas.  
 plus etiam, quam quod superis contingere fas sit,  
 nescius affectas. placeat sibi quisque licebit :  
 non tamen ignifero quisquam consistere in axe  
 60 me valet excepto. vasti quoque rector Olympi,  
 qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,  
 non agat hos currus. et quid Jove maius habemus ?  
 ardua prima via est, et qua vix mane recentes  
 enituntur equi. medio est altissima caelo,  
 65 unde mare et terras ipsi mihi saepe videre  
 fit timor, et pavida trepidat formidine pectus :  
 ultima prona via est et eget moderamine certo :  
 tunc etiam, quae me subiectis excipit undis,  
 ne ferar in praeceps, Tethys solet ipsa vereri.  
 70 adde quod assidua rapitur vertigine caelum  
 sideraque alta trahit celerique volumine torquet.  
 nitor in adversum, nec me, qui cetera, vincit  
 impetus, et rapido contrarius evehor orbi.  
 finge datos currus. quid ages? poterisne rotatis  
 75 obvius ire polis, ne te citus auferat axis !  
 forsitan et lucos illic urbesque deorum  
 concipiās animo delubraque ditia donis  
 esse ? per insidias iter est formasque ferarum.  
 utque viam teneas nulloque errore traharis,  
 80 per tamen adversi gradieris cornua Tauri  
 Haemoniosque arcus violentique ora Leonis

- saevaque circuitu curvantem bracchia longo  
 Scorpion atque aliter curvantem bracchia Cancerum.  
 nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis,  
 85 quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant,  
 in promptu regere est. vix me patiuntur, ubi acres  
 incaluere animi, cervixque repugnat habenis.  
 at tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,  
 nate, cave, dum resque sinit, tua corrige vota.  
 90 scilicet ut nostro genitum te sanguine credas,  
 pignora certa petis? do pignora certa timendo,  
 et patrio pater esse metu probor. aspice vultus  
 ecce meos ! utinamque oculos in pectora posses  
 inserere et patrias intus deprendere curas !  
 95 denique quicquid habet dives, circumspice, mundus,  
 eque tot ac tantis caeli terraeque marisque  
 posce bonis aliquid : nullam patiere repulsam.  
 deprecor hoc unum, quod vero nomine poena,  
 non honor est: poenam, Phaëthon, pro munere poscis !  
 100 quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis ?  
 ne dubita; dabitur — Stygias iuravimus undas —  
 quodcumque optaris : sed tu sapientius opta ».  
 finierat monitus. dictis tamen ille repugnat  
 propositumque premit flagratque cupidine currus.  
 105 ergo qua lieuit genitor cunctatus, ad altos  
 deducit iuvenem, Volcania munera, currus.  
 aureus axis erat, temo aureus, aurea summae  
 curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo.  
 per iuga chrysolithi positaeque ex ordine gemmae  
 110 clara repercuesso reddebant lumina Phoebo.  
 dumque ea magnanimus Phaëthon miratur opusque  
 perspicit, ecce vigil nitido patefecit ab ortu  
 purpureas Aurora fores et plena rosarum  
 atria. diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit  
 115 Lucifer, et caeli statione novissimus exit.  
 quem petere ut terras mundumque rubescere vidi  
 cornuaque extremæ velut evanescere lunæ,

- iungere equos Titan velocibus imperat Horis.  
 iussa deae celeres peragunt, ignemque vomentes,  
 120 ambrosiae suco saturos praesepibus altis  
 quadrupedes ducunt adduntque sonantia frena.  
 tum pater ora sui sacro medicamine nati  
 contigit et rapidae fecit patientia flammae  
 imposuitque comae radios praeSagaque luctus  
 125 pectore sollicito repetens suspiria dixit :  
 « si potes his saltem monitis parere parentis,  
 parce, puer, stimulis et fortius utere loris.  
 sponte sua properant : labor est inhibere volantes.  
 nec tibi directos placeat via quinque per arcus.  
 130 sectus in obliquum est lato curvamine limes,  
 zonarumque trium contentus fine polumque  
 effugit australē iunctamque aquilonibus Arctōn.  
 hac sit iter : manifesta rotæ vestigia cernes.  
 utque ferant aequos et caelum et terra calores.  
 135 nec preme, nec sumnum molire per aethera currum.  
 altius egressus caelestia tecta cremabis,  
 inferius, terras : medio tutissimus ibis.  
 neu te dexterior tortum declinet ad Anguem,  
 neve sinisterior pressam rota ducat ad Aram :  
 140 inter utrumque tene. Fortunæ cetera mando,  
 quae iuvet et melius, quam tu tibi, consulat opto.  
 dum loquor, Hesperio positas in litora metas  
 humida nox tetigit. non est mora libera nobis :  
 poscimur. effulget tenebris aurora fugatis.  
 145 corripe lora manu ! — vel, si mutabile pectus  
 est tibi, consiliis, non curribus utere nostris,  
 dum potes et solidis etiamnunc sedibus astas,  
 dumque male optatos nondum premis inscius axes.  
 quae tutus spectes, sine me dare lumina terris ! »  
 150 occupat ille levem iuvenili corpore currum  
 statque super, manibusque datas contingere habenas  
 gaudet et invito grates agit inde parenti.  
 interea volucres, Pyrois et Eous et Aethon,

Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras  
 155 flammiferis implent pedibusque repagula pulsant.  
 quae postquam Tethys, fatorum ignara nepotis,  
 reppulit, et facta est immensi copia mundi,  
 corriputere viam pedibusque per aëra motis  
 obstantes scindunt nebulas pennisque levati  
 160 praetereunt ortos isdem de partibus Euros.  
 sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent  
 Solis equi, solitaque iugum gravitate carebat.  
 utque labant curvae iusto sine pondere naves  
 perque mare instabiles nimia levitate feruntur,  
 165 sic onere assueto vacuus dat in aëra saltus  
 succutiturque alte similisque est currus inani.  
 quod simulac sensere, ruunt tritumque relinquunt  
 quadriungi spatium, nec quo prius, ordine currunt.  
 ipse pavet: nec qua commissas flectat habenas,  
 170 nec scit, qua sit iter, nec, si sciat, imperet illis.  
 tum primum radiis gelidi caluere Triones,  
 et vetito frustra temptarunt aequore tingui.  
 quaeque polo posita est glaciali proxima Serpens,  
 frigore pigra prius nec formidabilis ulli,  
 175 incaluit sumpsitque novas fervoribus iras.  
 te quoque turbatum memorant fugisse, Boote,  
 quamvis tardus eras et te tua plastra tenebant.  
 ut vero summo despexit ab aethere terras  
 infelix Phaëthon penitus, penitusque iacentes,  
 180 palluit, et subito genua intremuere timore,  
 suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.  
 et iam mallet equos numquam tetigisse paternos :  
 iam cognosse genus piget et valuisse rogando :  
 iam Meropis dici cupiens ita fertur, ut acta  
 185 praecipiti pinus borea, cui victa remisit  
 frena suus rector, quam dis votisque reliquit.  
 quid faciat? multum caeli post terga relictum,  
 ante oculos plus est. animo metitur utrumque,  
 et modo, quos illi fatum contingere non est,

- 190 prospicit occasus ; interdum respicit ortus.  
 quidque agat, ignarus stupet et nec frena remittit,  
 nec retinere valet, nec nomina novit equorum.  
 sparsa quoque in vario passim miracula caelo  
 vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.
- 195 est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus  
 Scorpius, et cauda flexisque utrimque lacertis  
 porrigit in spatium signorum membra duorum.  
 hunc puer ut nigri madidum sudore veneni  
 vulnera curvata minitantem cuspide vidit,
- 200 mentis inops gelida formidine lora remisit.  
 quae postquam summo tetigere iacentia tergo,  
 exspatiantur equi, nulloque inhibente per auras  
 ignotae regionis eunt, quaque impetus egit,  
 hac sine lege ruunt altoque sub aethere fixis
- 205 incurvant stellis rapiuntque per avia currum.  
 et modo summa petunt, modo per declive viasque  
 praecipites spatio terrae propiore feruntur :  
 inferiusque suis fraternos currere Luna  
 admiratur equos, ambustaque nubila fumant.
- 210 corripitur flammis, ut quaeque altissima, tellus,  
 fissaque agit rimas et suis aret ademptis.  
 pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor,  
 materiamque suo praebet seges arida damno.  
 parva queror : magnae pereunt cum moenibus urbes,
- 215 cumque suis totas populis incendia gentes  
 in cinerem vertunt. silvae cum montibus ardent :  
 ardet Athos Taurusque Cilix et Tmolus et Oete  
 et tum sicca, prius creberrima fontibus, Ide  
 virgineusque Helicon et nondum Oeagrius Haemos.
- 220 ardet in immensum geminatis ignibus Aetne.  
 Parnassusque biceps et Eryx et Cynthus et Othrys,  
 et tandem nivibus Rhodope caritura, Mimasque  
 Dindymaque et Mycale natusque ad sacra Cithaeron.  
 nec prosunt Scythiae sua frigora : Caucasus ardet
- 225 Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus,

- aëriaeque Alpes et nubifer Appenninus.  
 tum vero Phaëthon cunctis e partibus orbem  
 aspicit accensum nec tantos sustinet aestus.  
 ferventesque auras velut e fornace profunda  
 230 ore trahit, currusque suos candescere sentit ;  
 et neque iam cineres eiectatamque favillam  
 ferre potest, calidoque involvitur undique fumo ;  
 quoque eat, aut ubi sit. picea caligine tectus  
 nescit, et arbitrio voluerum raptatur equorum.
- 235 sanguine tunc credunt in corpora summa vocato  
 Aethiopum populos nigrum traxisse colorem.  
 tum facta est Libye raptis umoribus aestu  
 arida. tum nymphae passis fontesque lacusque  
 deflevere comis. quaerit Boeotia Dircen,
- 240 Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.  
 nec sortita loco distantes flumina ripas  
 tuta manent, mediis Tanais fumavit in undis,  
 Peneosque senex, Teuthranteusque Caicus,  
 et celer Ismenos cum Phegiaco Erymantho,
- 245 arsurusque iterum Xanthus, flavusque Lycormas,  
 quique recurvatis ludit Maeandros in undis,  
 Mygdoniusque Melas et Taenarius Eurotas.  
 arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes,  
 Thermelonque citus, Gangesque, et Phasis, et Hister.
- 250 aestuant Alpheus, ripae Spercheides ardent ;  
 quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus, aurum.  
 et quae Maeonias celebrabant carmine ripas  
 flumineae volucres, medio caluere Caystro.  
 Nilus in extremum fugit perterritus orbem
- 255 oculuitque caput, quod adhuc latet. ostia septem  
 pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.  
 fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccata,  
 Hesperiosque amnes, Rhenum Rhodanumque Padumque  
 cuique fuit rerum promissa potentia Thybrin.
- 260 dissilit omne solum, penetratque in Tartara rimis  
 lumen et infernum terret cum coniuge regem.

- et mare contrahitur, siccaeque est campus harenæ  
quod modo pontus erat; quosque altum texerat aequor,  
exsistunt montes et sparsas Cycladas augent.
- 265 ima petunt pisces, nec se super aequora curvi  
tollere consuetas audent delphines in auras.  
corpora phocarum summo resupina profundo  
exanimata natant. ipsum quoque Nerea fama est  
Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris.
- 270 ter Neptunus aquis cum torvo bracchia vultu  
exserere ausus erat; ter non tulit aëris ignes.  
alma tamen Tellus, ( ut erat circumdata ponto,  
inter aquas pelagi contractos undique fontes,  
qui se condiderant in opacae viscera matris,
- 275 sustulit oppressos ) collo tenuis arida vultus,  
opposuitque manum fronti, magnoque tremore  
omnia concutiens paulum subsedit et infra  
quam solet esse, fuit; sacraque ita voce locuta est :  
« si placet hoc meruique, quid o tua fulmina cessant,
- 280 summe deum? liceat periturae viribus ignis,  
igne perire tuo, clademque auctore levare.  
vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo » —  
presserat ora vapor « tostos en aspice crines,  
inque oculis tantum, tantum super ora favillæ.
- 285 hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem  
officiique refers, quod adunci vulnera aratri  
rastrorumque ferro totoque exerceor anno,  
quod pecori frondes, alimentaque mitia, fruges  
humano generi, vobis quoque tura ministro?
- 290 sed tamen exitium fac me meruisse : quid undae,  
quid meruit, frater? cur illi tradita sorte  
aequora decrescunt et ab aethere longius absunt?  
quodsi nec fratris, nec te mea gratia tangit,  
at caeli miserere tui. circumspice utrumque,
- 295 fumat uterque polus. quos si vitiaverit ignis,  
atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat,  
vixque suis umeris candentem sustinet axem.

si freta, si terrae pereunt, si regia caeli  
 in chaos antiquum confundimur eripe flammis  
 300 siquid adhuc superest, et rerum consule summae ».  
 dixerat haec Tellus: neque enim tolerare vaporem  
 ulterius potuit nec dicere plura, suumque  
 rettulit os in se propriaque manibus antra.  
 at pater omnipotens Superos testatus et ipsum  
 305 qui dederat currus nisi opem ferat. omnia fato  
 interitura gravi summam petit arduus arcem,  
 unde solet latis nubes inducere terris,  
 unde movet tonitus vibrataque fulmina iactat.  
 sed neque quas posset terris inducere nubes  
 310 tunc habuit nec quos caelo dimitteret imbres.  
 intonat et dextra libratum fulmen ab aure  
 misit in aurigam pariterque animaque rotisque  
 expulit et saevos compescuit ignibus ignes.  
 consternantur equi et saltu in contraria facto  
 315 colla iugo eripiunt abruptaque lora relinquunt.  
 illic frena iacent, illic temone revulsus  
 axis, in hac radii fractarum parte rotarum,  
 sparsaque sunt late laceri vestigia currus.  
 at Phaëthon, rutilos flamma populante capillos  
 320 volvitur in praeceps longoque per aëra tractu  
 fertur, ut interdum de caelo stella sereno,  
 etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.  
 quem procul a patria maximus orbe  
 excipit Eridanus, fumantiaque abluit ora.  
 325 Naides Hesperiae trifida fumantia flamma  
 corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum  
 « hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni ;  
 quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis ».  
 nam pater obductos, luctu miserabilis aegro,  
 330 condiderat vultus ; et, si modo credimus, unum  
 isse diem sine sole ferunt, incendia lumen  
 praebebant, aliquisque malo fuit usus in illo.  
 At Clymene postquam dixit quaecumque fuerunt

- in tantis dicenda malis, lugubris et amens  
 335 et laniata sinus totum percensuit orbem :  
 exanimesque artus primo, mox ossa requirens,  
 repperit ossa tamen peregrina condita ripa,  
 incubuitque loco, nomenque in marmore lectum  
 perfudit lacrimis et aperto pectore fovit.
- 340 nec minus Heliades lugent, et inania morti  
 munera, dant lacrimas, et caesae pectora palmis  
 non auditurum mirares Phaëthona querelas  
 nocte dieque vocant, adsternunturque sepulcro.  
 luna quater iunctis implerat cornibus orbem :
- 345 illae more suo, nam morem fecerat usus,  
 plangorem dederant. e quis Phaëthusa, sororum  
 maxima, cum vellet terra procumbere, questa est  
 deriguisse pedes ad quam conata venire  
 candida Lampetie subito radice retenta est.
- 350 tertia cum crinem manibus laniare pararet  
 avellit frondes. haec stipite crura teneri,  
 illa dolet fieri longos sua brachia ramos.  
 dumque ea mirantur, complectitur inguina cortex  
 perque gradus uterum pectusque umerosque manusque  
 355 ambit. et exstabant tantum ora vocantia matrem.  
 quid faciat mater, nisi quo trahat impetus illam,  
 huc eat atque illuc et, dum licet, oscula iungat?  
 non satis est; truncis avellere corpora temptat  
 et teneros manibus ramos abrumpit. at inde
- 360 sanguineae manant tamquam de vulnere, guttae.  
 « parce, precor, mater », quaecumque est saucia, clamat  
 « parce, precor, nostrum laceratur in arbore corpus.  
 iamque vale » — cortex in verba novissima venit.  
 inde fluunt lacrimae, stillataque sole rigescunt
- 365 de ramis electra novis, quae lucidus amnis  
 excipit et nuribus mittit gestanda Latinis.

## LIBER SEXTUS

### NIOBE

---

- 146 Lydia tota fremit, Phrygiaeque per oppida facti  
rumor it et magnum sermonibus occupat orbem.  
ante suos Niobe thalamos cognoverat illam  
tum cum Maeoniam virgo Sipylumque colebat :  
150 nec tamen admonita est poena popularis Arachnes  
cedere caelitibus, verbisque minoribus uti.  
multa dabant animos. sed enim nec coniugis artes  
nec genus amborum magnique potentia regni  
sic placuere illi, quamvis ea cuncta placerent  
155 ut sua progenies, et felicissima matrum  
dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisse.  
nam sata Tiresia venturi praescia Manto  
per medias fuerat, divino concita motu,  
vaticinata vias, « Ismenides, ite frequentes  
160 et date Latonae Latonigenisque duobus  
cum prece tura pia, lauroque innectite crinem :  
ore meo Latona iubet ». paretur, et omnes  
Thebaïdes iussis sua tempora frondibus ornant  
turaque dant sanctis et verba precantia flammis.  
165 ecce venit comitum Niobe celeberrima turba  
vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro  
et, quantum ira sinit, formosa movensque decoro  
cum capite inmissos umerum per utrumque capillos  
constitit : utque oculos circumtulit alta superbos  
170 « quis furor, auditos » inquit « praeponere visis

- caelestes? aut cur colitur Latona per aras,  
 numen adhuc sine ture meum est? mihi Tantalus auctor,  
 cui licuit soli Superorum tangere mensas,  
 Pleiadum soror est genetrix mea, maximus Atlas  
 175 est avus, aetherium qui fert cervicibus axem :  
 Juppiter alter avus socero quoque glorior illo.  
 me gentes metuunt Phrygiae, me regia Cadmi  
 sub domina est. fidibusque mei commissa mariti  
 moenia cum populis a meque viroque reguntur.
- 180 in quamcumque domus adverti lumina partem  
 immensae spectantur opes. accedit eodem  
 digna dea facies. hic natas adice septem  
 et totidem iuvenes, et mox generosque nurusque.  
 quaerite nunc, habeat quam nostra superbia causam.
- 185 nescio quoque audete satam Titanida Coeo  
 Latonam praeferre mihi, cui maxima quandam  
 exiguum sedem pariturae terra negavit !  
 nec caelo nec humo nec aquis dea vestra recepta est.  
 exsul erat mundi, donec miserata vagantem
- 190 « hospita tu terris erras, ego » dixit « in undis »,  
 instabilemque locum Delos dedit; illa duorum  
 facta parens ; uteri pars haec est septima nostri.  
 sum felix : quis enim neget hoc? felixque manebo :  
 hoc quoque qui dubitet ? tutam me copia fecit.
- 195 maior sum, quam cui possit Fortuna nocere ;  
 multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.  
 excessere metum mea iam bona. singite demi  
 huic aliquid populo natorum posse meorum,  
 non tamen ad numerum redigar spoliata duorum,
- 200 Latonae turbam ! qua quantum distat ab orba ?  
 ite, propere ite, satis sacri est ; laurumque capillis  
 ponite », deponunt infectaque sacra relinquunt,  
 quodque licet, tacito venerantur murmure numen.  
 indignata dea est, summoque in vertice Cynthi  
 205 talibus est dictis geminā cum prole locuta :  
 « en ego vestra parens, vobis animosa creatis,

- et, nisi Junoni, nulli cessura dearum,  
 an dea sim, dubitor, perque omnia saecula cultis  
 arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.
- 210 nec dolor hic solus : dira convicia facto  
 Tantalis adiecit, vosque est postponere natis  
 ausa suis, et me, quod in ipsam recidat, orbam  
 dixit, et exhibuit linguam scelerata paternam ».  
 adiectura preces erat his Latona relatis :
- 215 « desine ! » Phoebus ait « poenae mora longa querela est »  
 dixit idem Phoebe celerique per aëra lapsu  
 contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.  
 planus erat lateque patens prope moenia campus,  
 assiduis pulsatus equis, ubi turba rotarum
- 220 duraque mollierat subiectas ungula glaebas.  
 pars ibi de septem genitis Amphione fortis  
 condescendunt in equos, Tyrioque rubentia suco  
 terga premunt, auroque graves moderantur habenas.  
 e quibus Ismenos, qui matri sarcina quondam
- 225 prima sua fuerat, dum certum flectit in orbem  
 quadrupedis currus, spumantiaque ora coërcet,  
 « ei mihi ! » conclamat, medioque in pectore fixa  
 tela gerit, frenisque manu moriente remissis  
 in latus a dextro paulatim defluit armo.
- 230 proximus, auditu sonitu per inane pharetrae,  
 frena dabat Sipylus : veluti cum praescius imbris  
 nube fugit visa, pendentiaque undique rector  
 carbasa deducit, ne qua levis effluat aura.  
 frena dabat: dantem non evitabile telum
- 235 consequitur, summaque tremens cervice sagitta  
 haesit, et exstabat nudum de gutture ferrum.  
 ille, ut erat, pronus per crura admissa iubasque  
 volvitur, et calido tellurem sanguine foedat.  
 Phaedimus infelix et aviti nominis heres
- 240 Tantalus, ut solito finem imposuere labori,  
 transierant ad opus nitidae iuvenile palaestrae :  
 et iam contulerant arto luctantia nexus

- pectora pectoribus, cum tento concita nervo,  
sicut erant iuncti, traiecit utrumque sagitta.
- 245 ingemuere simul, incurvata dolore  
membra solo posuere ; simul suprema iacentes  
lumina versarunt, animam simul exhalarunt.  
aspicit Alphenor, laniataque pectora plangens  
advolat, ut gelidos complexibus allevet artus,
- 250 inque pio cadit officio ; nam Delius illi  
intima fatifero ruptit praecordia ferro.  
quod simul eductum, pars est pulmonis in hamis  
eruta, cumque anima crux est effusus in auras.  
at non intonsum simplex Damasichthona vulnus
- 255 afficit. ictus erat, qua crus esse incipit, et qua  
mollia nervosus facit internodia poples ;  
dumque manu temptat trahere exitiabile telum,  
altera per iugulum pennis tenus acta sagitta est.  
expulit hanc sanguis, seque eiaculatus in altum
- 260 emicat, et longe terebrata prosilit aura.  
ultimus Ilioneus non profectura precando  
bracchia sustulerat, « di » que « o communiter omnes »  
dixerat, ignarus non omnes esse rogandos,  
« parcite ! » motus erat, cum iam revocabile telum
- 265 non fuit, Arcitenens, minimo tamen occidit ille  
vulnere, non alte percusso corde sagitta.  
fama mali populique dolor lacrimaeque suorum  
tam subitae matrem certam fecere ruinae,  
mirantem potuisse, irascentemque, quod ausi
- 270 hoc essent superi, quod tantum iuris haberent.  
nam pater Amphion ferro per pectus adacto  
finierat moriens pariter cum luce dolorem.  
heu quantum haec Niobe Niobe distabat ab illa,  
quae modo Latois populum summoverat aris
- 275 et medium tulerat gressus resupina per urbem,  
invidiosa suis, at nunc miseranda vel hosti.  
corporibus gelidis incumbit, et ordine nullo  
oscula dispensat natos suprema per omnes

- a quibus ad caelum liventia bracchia tollens  
 280 « pascere, crudelis, nostro, Latona, dolore,  
 ( pascere, ait, satiaque meo tua pectora luctu : )  
 corque ferum satia ! » dixit : « per funera septem  
 efferor. exulta, victrixque inimica triumpha.  
 cur autem victrix ? miserae mihi plura supersunt,  
 285 quam tibi felici : post tot quoque funera vinco ».  
 dixerat, et sonuit contento nervus ab arcu ;  
 qui praeter Nioben unam conterruit omnes.  
 illa malo est audax. stabant cum vestibus atris  
 ante toros fratrum demisso crine sorores  
 290 e quibus una trahens haerentia viscere tela  
 imposito fratri moribunda relanguit ore ;  
 altera solari miserum conata parentem  
 conticuit subito, duplicataque vulnere caeco est ;  
 ( oraque compressit, nisi postquam spiritus ibat. )  
 295 haec frustra fugiens collabitur : illa sorori  
 immoritur ; latet haec, illam trepidare videres.  
 sexque datis leto diversaque vulnera passis  
 ultima restabat ; quam toto corpore mater,  
 tota veste tegens, « unam minimamque relinque !  
 300 de multis minimam posco » clamavit « et unam ! »  
 dumque rogat, pro qua rogat, occidit. orba resedit  
 exanimis inter natos natasque virumque,  
 deriguitque malis, nullos movet aura capillos,  
 in vultu color est sine sanguine, lumina maestis  
 305 stant inmota genis : nihil est in imagine vivum.  
 ipsa quoque interius cum duro lingua palato  
 congelat, et venae desistunt posse moveri ;  
 nec flecti cervix nec bracchia reddere motus  
 nec pes ire potest : intra quoque viscera saxum est.  
 310 flet tamen, et validi circumdata turbine venti  
 in patriam rapta est. ibi fixa cacumine montis  
 liquitur, et lacrimas etiam nunc marmora manant.

## ΜΕΡΟΣ Β'

### ΕΡΜΗΝΕΥΤΙΚΑΙ ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ

#### A'. ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

( Βιβλ. I, 1 - 4 )

**1 - 4.** animus = ψυχή (= cupido = ἐπιθυμία). fert (ό. fero) = φέρει, παρακινεῖ. — dicere (= canere) = ψάλλω. forma mutata = μόρφη ἀλλαγεῖσα, (γενομένη) μεταμόρφωσις. di = κλητ. τοῦ deus. coeptum = τὸ ἀρξάμενον (έργον). et illas = etiam illas (formas). adspiro = προσπνέω, βοηθῶ. ad = usque ad mea tempora. deduco = κατάγω, καθοδηγῶ: ἡ φ. σειρὰ: animus (meus) fert (me) dicere formas mutatas in corpora nova. di, adspirāte meis coeptis (nam vos muta(vi)stis et illas) et deducite carmen ab origine prima mundi (usque) ad mea tempora.

#### B'. ΦΑΕΘΩΝ

( Βιβλ. II, στ. 1 - 366 )

**1 - 18.** regia (domus). sublimis, ἐπίθ.=ὑψηλός. columna=κίων. mico-ui(α')=στίλβω. imitor, ὁ.=μιμοῦμαι, ὁμοιάζω. pyrōpus, ἐπίθ.=πυρωπὸς (λέξ. ἔλλ.: κρᾶμα χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ). ebur-ōris=δδοὺς ἐλέφαντος (κ. φίλντισι). fastigium=ἀπέωρα (ναοῦ, ἀνακτόρου). nitidus, ἐπίθ.=στιλπνὸς: ἡ φυσ. σειρά: cuius fastigia summa tegebat ebur nitidum. bifōris,-e, ἐπίθ.=δίθυρος. radio, ὁ. α' = ἀκτινοβολῶ. valva καὶ συνηθέστ. valvae-arum=δίφυλλος θύρα. opus-ēris, οὐδ. = ἔργον (τέχνη). Mulciber-ēris ἡ -bri = ὁ "Ηφαιστος, qui mulcet = μαλάσσει (ferrum). illic, ἐπίρ. = ἐκεῖ (ἐπὶ τῶν θυρῶν τοῦ ἀνακτόρου). cae-

lārat, ὁ. caelo = κατασκευάζω μὲ τέχνην. cingo ὁ. (γ') = περιβάλλω  
 immineo - ἔτε = ἐπικρέμαμαι τινι. Orbis-is = ἡ Οἰκουμένη. caeruleus, ἐπίθ. = κυάνεος, μαύρος : caeruleus deus = κυανοχαίτης θεός (Θαλάσσιοι θεοί). habet unda (coelatos deos). Triton-ōnis = ὁ Τρίτων,  
 Θαλάσσιος θεός : υἱὸς τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῆς Ἀμφιτρίτης, προηγεῖτο τοῦ ἄρματος τοῦ Ποσειδῶνος καὶ ἐσάλπιζε διὰ μεγάλου κογχυλίου. canorus, ἐπίθ. = εὔμολπος, γλυκὺς τραγουδιστής. Protēus-i = ὁ Πρωτέυς : Θαλάσσιος θεός μὲ προφητ. δύναμιν, βόσκων τὰ τέφατα τοῦ Ποσειδῶνος καὶ δυνάμενος νὰ λαμβάνῃ πᾶσαν φανταστικὴν μορφὴν (προσωποποιία τῶν κυμάτων.) ambiguus, ἐπίθ. = ἀμφίβολος (ἐπίθ. τοῦ Πρωτέως λόγῳ τῶν μεταμορφώσεών του). balaena = φάλαινα. Aegaeon-ōnis = Θαλάσσιος γίγας ἐκατόγχειρ : εἰκονίζετο καθήμενος ἐπὶ ῥάχεως φαλαίνης. immānis, ἐπίθ. = ὑπερμεγέθης. lacertus, οὐσ. = ὁ βραχίων.  
 Ἡ φυσ. σειρά : Aegaeona (caelārat) prementem immania terga balaenarum suis lacertis. Doris-īdis = ἡ Δωρίς : συνεζεύχθη τὸν Νηρέα, ἐξ οὗ ἐγεννήθησαν αἱ πεντήκοντα Νηροίδες. nata (nascor) = θυγάτηρ. nare, ὁ. no = κολυμβῶ (νήχομαι). moles-is (ἀρσ.) = βράχος, σκόπελος. viridis- is-e, ἐπίθ. = πράσινος, θαλερός. sicco, ῥῆμα = ξηραίνω (κ. στεγνώνω). capillus, ἀρσ. = ἡ κόμη. virides capillos siccare (videtur). piscis-is ἀρσ. = ὁ ἵχθυς. quaedam (videtur) vehi pisce. facies non (est) una omnibus (natis). decet, ὁ. τριτοπόρος. = πρέπει : qualem decet esse (faciem) sororum. gero, ὁ. = φέρω, gerit (caelatas). numina ruris = οἱ δαίμονες τῶν ἄγρων, τῆς ὑπαίθρου. haec super, δηλ. ὑπεράνω τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης. fulgeo-īsi-ēre = λάμπω. Signa = οἱ ἀστερισμοὶ τοῦ Ζωδιακοῦ κύλου, δώδεκα, σχηματίζοντες κύκλον, ὃν διατρέχει ἐτησίως ὁ Ἡλίος. sex foribus dextris = ἐξ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ φύλου τῆς θύρας.

**19 - 46.** quo, ἐπίρ. = ὅπου. simul... venit = εὑθὺς ὡς ἔφθασε. acclīvus, ἐπίθ. = ἀνωφερής. proles-is, θηλ. = γόνος, τέκνον. Clymeneia = Κλυμενήιος : 'Ο Φαέθων, ἐκ τῆς Κλυμένης (αὕτη ἦτο θυγάτηρ τοῦ 'Ωκεανοῦ, βασίλισσα τῶν Αἰθιόπων.) limes-ītis = ἡ ὁδός. dubitātus parens = ὁ ἀμφίβολος γονεύς : περὶ τῆς πατρότητος τοῦ 'Ηλίου εἰχεν ἀμφιβολίας ὁ Φαέθων, ὁ δὲ 'Επαφος, υἱὸς τοῦ Διὸς καὶ τῆς 'Ηοῦς, εἰπεν εἰς τὸν Φαέθοντα ὅτι ἦτο υἱὸς τοῦ 'Ηλίου. protīnus, ἐπίρ. = εὐθὺς. Ἡ φυσ. σειρά εῖναι : protīnus fert (Phaethon) sua vestigia ad pa-

trios vultus et constitit procul. procul, ἐπίρρ.=μακράν. neque enim ferebat lumina solis propiora = καὶ διότι δὲν ἡδύνατο νὰ ὑποφέρῃ τὴν λάμψιν τοῦ Ἡλίου ἀπὸ πολὺ πλησίον (ἐξ ἐγγυτέρας ἀποστάσεως). velatus τοῦ velo = καλύπτω. solium-i = βασιλικὸς θρόνος. smaragdus, οὐσ.=ό σμάραγδος : πολύτιμος λίθος πρασίνου χρώματος. Dies, mensis, annus. . . : προσοπωποιεῖ τὰς διαιρέσεις ταύτας τοῦ χρόνου καὶ δημιουργεῖ θεότητας περιστοιχιζόσας τὸν θρόνον τοῦ Ἡλίου καὶ ἔτοιμους νὰ ἐκτελέσουν τὰς διαταγάς του. Horae = αἱ Ὡραι, θυγατέρες τῆς Θέμιδος ποιταί spatiis aequalibus : διότι αἱ ὕραι τοῦ ἔτους εἰναι ἵστης διαρκείας. Ver novum = τὸ νεαρὸν ἔαρ : οὔτως ἐλέγετο ὁ πρῶτος μῆν τοῦ ἔαρος. cinetus τοῦ ῥ. cingor = περιβάλλομαι, στεφανοῦμαι. nudus, ἐπίθ. = γυμνὸς (ἐλαφρὸς ἐνδεδυμένος). spicēus, ἐπίθ. = σταχύινος. sertum, οὐδ. = στέφανος. sordidus, ἐπίθ. = ρυπαρός. calcata uva = πατημένη σταφυλή. glaciālis, ἐπίθ. = παγετώδης. hirsutus, ἐπίθ. αὐχμηρός, δασύς. canus, ἐπίθ. = πολιός· κανονικώτερον θὰ ἔλεγεν : habens Hiems canos capillos hirsutos. inde, ἐπίρ. = ἐκεῖθεν, δηλ. ex solio. vidit Sol loco medius = εἰδεν ὁ Ἡλιος ἀπὸ τὴν ἐν τῷ μέσῳ θέσιν του. paventem : paveo = φοβοῦμαι. aio, ἐλλειπτ. ὅημα = λέγω. progenies = τέκνον. infitianda : ῥ. infitior=ἀφροῦμαι. haud infitianda parenti = τοῦ ὄποιον τὴν πατρότητα δὲν δύναμαι ν' ἀρνηθῶ (γνήσιο παιδί μου). refert = respondet. immensus, ἐπίθ. = ἀμετρος. culpa: οὐσ. = πταῖσμα, μοιχεία. celo, ῥ. = καλύπτω, ἀποκρύπτω. pignus, -ōris, οὐδ. = ἐνέχυρον, ἀπόδεξις. propāgo -īnis = ἀποφυάς, ἔκγονος. Ἡ φυσ. σειρά : da pignora, genitor, per quae credar (esse) tua vera propāgo. error = ἀμφιβολία. detrāho, ῥ. = ἀφαιρῶ. animis nostris ἀντὶ animo meo. dixerat (Phaēthon). accedēre propius : διότι ὁ Φαέθων εἶχε σταθῆ μακρὰν τοῦ πατρός του, μὴ δυνάμενος νὰ ὑποφέρῃ τὴν ἐκτυφλωτικήν του λάμψιν. amplexus-us = περίπτυξις, ἀσπασμός. edo -īdi-ītum (γ') = ἐκφέρω, ἀποκαλύπτω. ortus-us = ἀνατολή, γέννησις. quoque minus. . . et ut minus. . . quod vis = ὅ, τι δήποτε θέλεις. munus-ēris, οὐδ. = χάρις, δῶρον, testis adesto = μάρτυς ἔστω. rālus -ūdis=τὸ ἔλος:τὸ ὅδωρ τῆς Στυγός ἐν "Αδη, εἰς τὸ ὄποιον ὠρκίζοντο οἱ θεοί. Ἡ Στυξ ἐγένυνθης τὴν Νίκην, ἥτις ἐβοήθησε τὸν Δία εἰς τὸν ἀγῶνα του κατὰ τῶν γιγάντων καὶ ἐξ εὐγνωμοσύνης πρὸς αὐτὴν ἐδέχθη νὰ δρκίζωνται οἱ θεοί εἰς τὸ ὄνομα τῆς μητρός της, οἱ ἐπιορκοῦντες δὲ ἐστεροῦντο τῆς ιδιότητος τοῦ θεοῦ ἐπὶ ἐκατὸν ἔτη.

47. vix bene = εὐθὺς ὡς. desierat (sol), τοῦ desino = παύομαι, τελειώνω. alīpes -ēdis = πτερόπους. ius-uris = δικαίωμα, ἔξουσία. moderamen -īnis = πηδάλιον, ἥνια. in diem ( unum ).

